



25.5

S18d


V8c

non

Impreso en 1750 o 1751 -
 según pp. 6^o 29-42-⁶⁵ 144-197.
 219 -

atribuido a Fr Antonio
 Gasso. V. un artículo de
 Polo en la Revista Peruana,
 t. 1. p. 625.

p. 144. Presumo que se refiere
 a la vacancia causada
 por muerte del ayob. Cevallos
 que duró hasta 1751/26 de Junio
 en que entró el sucesor Barrota
 y Angulo



1744



PLANCTUS INDORUM

CHRISTIANORUM IN AMERICA
PERUNTINA.

SEUVÆ LACRIMABILE, LAMENTA-
bilis Luctus, atque vlulatus, multus q̄ Plora-
tus abino corde.

Editus in lucem, amarissime concinatus.
Sincerissime Scriptus, verissime Dictatus.
Exaratus.

Timidissime. Directus humillime. Mitendus
laboriosissime: et (utinam Missus)

Oblatus filialiter, atque dedicatus.

Fidentissime.

Per cunctam Nationem Indicam Catholicam
in Peruvia Patria sua Captivam.

Ad SSmum. & Bmum. Maximum que Pon-
tificem Romanum D. N. BENEDICTUM
XIV. (vel pro tempore Papam existentem.)


Primum orthodoxorum Principum Princi-
pem, Caput cæterorum Eclæ. Principum Su-
premum. Pastorem, & Patrem a Xpto. Dno.

Universo Orbi.

Præfectum, Præpositumque, ac Ducem.


Omnium Xpti. colarum, ad Deum,





SSme. & Bme. Pater.

*LIBERSCRIPTUS IN TUS, ET
Joris & scripta erant in eo Lamentationes
Carmen & Vg. Eceqs. 2.*



UX ILLA VERA ILLUMI-
nans omnem hominem venien-
tem in hunc Mundum, quæ
est via, veritas, & vita, Cui-
data est omnis Potestas in cælo,

Λ

&

& in terra, et quæ per pietatis suæ abundantiam, vult salvos fieri homines cunctos ad se venientes, per agnitionem veritatis, et pervenientes ad viam salutis æternæ D. N. Jesum Xptum, Pastorem Bonum suarum ovium quas ab æterno prædestinavit ipse ad obtinendam Beatitudinem. Hæc vera lux, dixit Apostolis qui fuerunt Principes Episcopi totius orbis, in ipsis que etiam dixit universis Sacerdotibus Ecclesiæ Catholicæ *vos estis sal terræ* per opera sanctitatis, & verba prædicationis: *vos estis lux Mundi*: per splendoris, & lucis exempla, ut homines talia intuentes glorificarent Deum Patrem, qui in cælis est, & conversi de tenebris, ad luminis veri cognitionem, venirent, inducti, Doctrina, vita, & exemplo Apostolorum, eorumque Successorum: Ista Divina lux Xptus, ex omnibus Discipulis suis elegit Duodecim, quos Apostolos nominavit, & constituit Ministros idoneos evangelij, & (ut ipse erat) **Duces, & Præceptores Gentium, Pastores que Gregis sui, prætioso sanguine suo redempti, & ex ipsis XII. prælegit singulariter B. Petrum Apostolum, & Principem Apostolorum constituit, eique tribuit claves Regni cælorum,**

rum, atque ligandi, et solvendi omnimodam potestatem, & jurisdictionem, super omnes Ecclesias universę terrę tradens illi omnia Regna Mundi declarans. D. Petri fidem esse, atque permansuram inconcussam, solidam fundatam supra firmam Petram (id est) ipsum Xptum lapidem Pretiosum Angularem, facientem utraque unum, nam ipsi Petrus est cui *caro*, & *sanguis non revelavit, sed Pater aternus* Deus qui in cęlis est, referans Cęlestia secreta, quę licet velamine occulta in Antiqua Sinagoga fuere; tamen Beatissimo Petro, patefacta a Deo extiterunt, et manet sanctuarium, in eternum evidens & patens Petro; & successoribus Petri: ista ergo lux vera docuit nos in omnibus negotijs, dubijs, & necessitatibus, pertinentibus ad morum instructionem, vel fidem, & Religionem Xpſtianam, ipsiusque incrementum, debere cunctos xpſianos homines recurrere ad Petrum, & ad sedem suam apostolicam. Hęc est illud, quod fecit, quando hęc lux exurgens a mortuis dixit Mulieribus *ite et dicite fratribus meis, et Petro, & aliis evangelista Surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni: quod idem est, ac dicere: in omni eventu contingenti*

genti vobis, causa fidei, aut directionis, & instructionis, accedite ad fratres meos Episcopos successores Apostolorum meorum fratrum; sed Simoni Petro singulariter, & Summo Pontifici Romano successori suo, prius, principaliter, & nominatione occurrere, quia ei debent omnia, & singula manifestari, & patefieri, quae evenerint in tota Ecclesia, quasi dicens. Sufficiens est, ut Soli Petro, & ejusdem in Romana sede pro tempore existenti successori appareant, quia in ipso habitat omnis fons fortis, & vivus veritatis, & in eo est ipse qui est via, veritas, & vita, & lux illa illuminans mirabiliter, hominem venientem in hunc Mundum, quam omni homini quaerendum est, ut solamen oculis suis inveniat, quia *dulce lumen, & delectabile est videre solem*, & sicut lux, est qualitas nobilissima, celestis, iucundissima, vivifica, utilissima, Sol etiam oculus Mundi, & *vas admirabile excelsi coelestis*. 11. & 43. unde lucem inter alia Dracontius, inclamat, concelebrat quae sic:

Lux jubar ethereum, lux Noctis, limes, et umbrae.

Lux facies Rebus cunctis, & Elementis.

Lux genitrix, factrix quae calor, lux gratia Solis.

Lux Decus Astrorum, lux aurea cornua lux.

Lux fulgor celi, lux, & primordia Mundi.

Lux splendor flamma, lux Magni temporis index

Lux Amor Agricolis, requies lux omnibus egris.

Tom. 8. Biblii, SS. PP.

Ideo omnis homo, qui methasorice, in hoc libello significatur, & liber hic parvus, representans omnem Indum hominem, viventem in hoc mundo, vel Novo Orbe, & venientem, ut quærat lumen in Romana Sede, uti in fonte suo splendens, humiliter se apparet obtutibus ejusdem Petri Xpi. Dni vicarij, & omnis homo indus qui in hoc suplici planctu fatur, velut leprosus, percussus, & Peregrinus in via alatronibus vulneratus, se offert eidem luci romæ micanti, & oculos suæ Potestatis, & Pietatis dirigat ad plagas eius, cicut D. Petrus respexit in illum Claudum clamantem, & ab ipso elemosynam petentem, cui sanitatem contulit in nomine Iesu Xpi Nasareni, tunc ergo B. Petrus, claudo dicens *Respisce in nos* quid aliud instruxit nisi, quod cuncti claudi, & infirmi homines, qui jacent in liminibus templi (ut indi Americani, qui licet sint Xptiani Catholici, ad huc iacentes sunt in foribus Eccl-

ciæ.) debent respicere in vicarium Xpi Romanum Præsulem, Patrem Patrum, ut salutem inueniant, ipsa que habita, exeant exilientes, & ambulantes, & laudantes Deum? hanc salutem perquirunt indi in Picina appca. Romana hoc Nuntio suo humili libello, quo continentur infirmitas, & Medella, Mors, & vita, & Salus, & Sanitas, quæ postulantur ab ipso SSmo. Roman. Pontif. Maximo, indis languentibus conferri, & malam Morbi abipsis auferri. Ideo remedia proponuntur sequentia. Sed ante omnia sciendum est.

27. Cœculo preterito 1700. aliqua, quæ hic dicentur, proposita fuisse hispanice, suo libello, cui titulus est: *Militia Evangelica*. dedicato. Cuidam Domino, comiti, Duci & Primo Ministro, Regis Hispaniæ aquodam Doctissimo, D. Canonico Hispalensi. D. Emanuele Sarmiento de Mendoza, qui liber in casum videtur scriptus, & vilipensus, sicque nullam salutem consecuta fuit Gentilitas, & Xptianitas sifarum, & Iaponiæ, pro quibus directe, talis codex fuit laboratus, & insidenter etiam pro Indis Americanis ut extat proclamatio *Cap. 22. in finem: sed pro salute vllius Nationis,*
 vel

vel Xptianitatis aliquid in venit factum,
 extemper multis efficacibus, atque pulcherrimis
 medicinis: ideo creditur tale opus despectum,
 ut inutile apolirica ratione status, & licet
 opusculum aureum vocetur a D. Ioan Solor-
 zano Regis Hispani conciliario, suspiscitur abs-
 consum oculis Summi Medici, neforte videns;
 & cognoscens calamitatem, & languorem In-
 dorum se inclinet ad sanandum eos. Eapropter.

Nunc panditur oculis Vra. Sanctitatis
 Malum, & manifestatur agridudo, flagitans
 remedium, ut quasi Prothomedicus, Maxi-
 mus, & Caelestis respiciens videat, & iudicet
 quæ, & qualia mala sint, quæ, qualiter, & quo
 modo, & quando applicanda, erunt medi-
 camina utilia, & efficacia exhis, quæ
 proponuntur ad salutem & con-
 versionem totalem Indorum, &
 ad permanentiam infide, &
 Religione Xptiana, In-
 dorum Catholico-
 rum, & sunt se-
 quentia.

(✕)

B

CA

INDORUM.

CAP. I.

PRIMUM ET MAXIMUM MALUM FUIT,
& est Discordia

*Vae Mibi, Mater Mea! quare genuistime virum
rixam, vtram Discordie in uniuersa terra, non fe-
neravi, & non feneravit mibi, omnes Maledicens
Mibi. Jerem. 15. v̄ 10.*

AD Matrem Suam Sanctam ECLECI-
AM, fletus Natio Indorum clamat verbis
Jeremiae plangentis, rixam, & Discor-
diam, quæ ab initio, extiterè obstaculum gran-
de, conversioni, & nunc etiam impedimen-
tum est, reductioni ad fidem Gentilium. No-
tissimum est, & ipsa luce clarius: esse Discor-
diam inter Hispanos, & indos natam ab ipsis
hispanis, qui inter se divisi, debellaverunt se
iplos maximis scandalis, & scismatibus natis
propter aurum, & divitias, ambitione, & cupi-
ditate ipsorum hispanorum invenientium hæc
ditissima, & remotissima regna Americana, in
Mexico, & Peruvio, ad quæ duo capitat, re-
ducuntur omnes Provincie, quas subiecerunt
hispani

PLANCTUS

9

hispani ditioni suæ, & Dominio, sed lites bella, contentiones, scismata scandala discordias, & peremptionses, quæ hispani inter se perpetraverunt quis enarrabit? legantur annalia istarum debellationum, seu conquestarum, & invenietur, esseverum: *Nemine dempto* omnes Primos hispanos Debellores, seu inventores Americæ, & præcertim Peruvij mortuos esse morte pessima, & violenta, ut fuit interemptio illorum Duorum Magnorum Ducum, Didaci Almagro, & Fransisci Pissarro post occissa tot millia millium ex Indis Gentilibus, quos inter, Plurimi Reges, Principes Magni, Nobiles Domini, & Præclarissimi Duces fuere, qui patrio nomine. *Inca Capac, Atum Curacã* Vocabantur: quia hispani convertentes arma in se ipsos obambitionem dominationis in omnibus regionibus huius Novi orbis aseptis consumpti sunt, necati sunt, secti sunt, decollati sunt, furcati sunt, ubi christiani homines, & catholici hispani, loco fidei, & charitatis christianæ fundavere sanguine ipsorum, & Indorum Gentilium effuso, velut aqua, à mala Discordia aliam Monarchiam, (vel potius Anarchiam, si consideretur status regni) discordem tyrannidem plenam.

plenam, & regnum difimile, & alienum ab alijs regnis noviter acquisitis, quæ licet tyrannifata, aut dominata sint maxima occisione vtrorumque scilicet debellantium, & devellatorum, tamen finita Guerra, fundataque pace, sedata fuit Discordia, & fequta falutaris unio.

2 Hoc videbitur accidiffe Clodevei Primi Regis francorum tempore, quo, finito bello, inter francos, & Gallos, luceptoque baptifmo à Francis, intravère Pax, iufitia, & unio inter ipfos, qui ad invicem vnti, ex ipsis factus fuit, unus Populus, & vna Natio, Francorum, ufque nunc : fic etiam fuit inter Gothos, & hispanos, inter Anglos, & Britanos, & inter omnia Regna Mundi veteris, fed quid in America? Abfolute hispani ignari literarum, & Rudes omnis fcientiæ, & xptianæ Politicæ, nesciebant, fed debebant fcire illum canonem Synodi valentine, vbi SS. PP. hæc verba charitatis, in fignia dixere. *Novitates vocum, & prefumptivas garrulitates, unde potius inter fratres contentiones, & scandalorum fomes excitari poffe, quam edificatio vlla timoris Dei fuccrefcere, cum omniftrudio dehitamus.*

3 Heu Deum immortalem! quis annunciat

re quibit tot Discordias, scimata disjunctiones, segregationes, aut contentiones scandalorum? quot nomina, quot vocabula, qualia unquam vlla fuere ab exordio Mundi, & cæde Abelis innocentis, & a separatione linguarum, & hoc inter fratres filios unius Ecclesie Xptianos hispanos, & Xptianos Indos? Prima est Discordia inter hispanos, & ipsos hispanos, *Europeos, & Criollos*, (*hoc nomen Criollo est Etiopicum, vel de Guinea nam etiope guinei vocant Criollos filios suos Natos extra Regionem suam.*) Hec ergo Discordia Prima, est fomes totius iniquitatis, quælicet videatur ablata per alternativas inventas, non est sic, immo manet perpetua discordia roborata a Necessitate eligendi, & promovendi, singulis temporibus: nam tunc Electores coacti per legem alternativarum, eligunt eos, qui (si non esset talis lex) vere proindignis haberentur, ideoque extali alternativa nata est major inimicitia inter hispanos utroque, præcertim, cum hispani Europei, inter hispanos *Criollos*, quasi semper, non habeant aliam sufficientiam ad electionem, quam vim iuris alternativi, & hoc est *va* lamentabile. 2. Discordia inter est maxima inter hispanos *Europeos, & Criollos,*
interque

q̄ Indos xptianos, & hæc fuit fundata eum Ma-
 ximo odio, ab ipsis hispanis, in principio,
 & est continuata, per ipsos usquemodo, & est
 fons totius Nequitiae, & calamitatum, quas
 indi patifunt, patiuntur & patientur, tam in cor-
 pore, quam in anima, Nisi Deus exterminet eã,
 finem ponens, & utroque faciat habitare *unius*
moris in Domo sua quæ est Sancta Ecclesia. 3. Dis-
 cordia Magna invenitur inter hispanos, & Mix-
 tos. vel *Mestizos*. Sic, vocatos, Natos filios his-
 panorum, ex feminis indis, vel vice versa fi-
 lios indorum, ex Mulieribus hispanicis, quæ
 Distinctio in venta fuit ab hispanis ad versus
 filios suos, quos ipsi genuerunt, & inonorave-
 runt tali nomine. 4. Discoadia permagna est
 inter ipsos Mistos, & Indos, fomentata ab his-
 panis contra Indos cognatos Mistorum, qui
 solum uniuntur hispanis, ad destruendos, &
 persequendos Indos. Cum tamen indi, & Misti
 sint ab hispanis reprobati, & exploti. 5. est Per-
 petua Maxima que Discordia, hispanorum Mist-
 torum, & Indorum, cum Nigris Ethiopibus,
 servis hispanorum allatis, quasi de industria ex
 regione Ethiopica, aut africana, per hispanos, ad
 Americam, vt Indi mites, & humiles viventes,
 cum

eum Etiopibus, Nigris hominibus Audacibus, & ferocibus, malectrarentur, vapularent, destruerentur, & inonorarétur ab omnibus, tam hispanis quam a etiopibus Nigris. 6. Cognocitur, & est pergrandis Discordia inter ipsos Nigros ex Africa attractos, & Nigros Criollos, extra Guiream ortos, qui propriè debent vocari *Criollos*. 7. Alia Rixa, & Discordia, Babilonicaque confusio est inter prædictos, & inter *Mulatos, Sambos, Cbinos, tercerones, quartirones, quinterones*. Sic appellatos, quioriginem habent ab antedictis Generationibus, in 3. 4. 5. vel 6. gradu, quas novitates vocum invenere hispani xptiani, vt distinguerentur ab alijs xptianis, & hoc inter fratres, vt D. Paulus plorabat.

4. Hæ septem Generationes, vel vocabularixarum, sunt alia septem serpentina capita seminaria discordiarum, scandalorumque sub obedientia unius Eclesiæ Catholicæ, & unius Regis Hispanici, & Catholici Ditione, ex quibus prudenter inferri potest: Quod licet prima facie hoc regnum habeatur, sicut Christianum, & Catholicum, revera tamen manet desolata christianitas, & fides Catholica, in America occlusa occisa. *Nam si omne regnum in*

se ipsum diuissum desolabitur. Regnum Rixis, & discordijs plenum, inter tam per multas emulationes, pugnas, questiones, & genealogias, ab Apostolo vetitas, vt stultas, vanas, & inutiles, quomodo non desolatum manebit, omni desolatione virtutis; & sanctitatis, in fide, & in moribus? & Regnum vbi hispani, nō aliud semen ad Regni perpetuitatem, seuerunt, quā fundamentum Discordiarum, contentionum, & scandalorum, Serere, erigere, & iacere? Præcaven-tes prudentia veruta, & sapientia carnis, quæ est inimica Dei, ne aliquando homines christiani uniti in charitate fraterna fortes in veniantur, ad resistendum tyrannidi adversariorum snotum. (& ut aiunt hispani, recuperent suum regnum mala fide debellatum, tyrannice gubernatum, iniuste possessum, crudeliter dilafertum) hæc fuisse intentio Hispanorum ab iplo principio, debellationis, & inventionis huius novi orbis, cognocitur, ex tot generationibus vocum novarum, veritati, & Charitati Christi Repugnantium, & paci quam D. N. Jesus Christus reliquit sponsæ suæ Ecclesiæ Sanctæ, ut certum Patrimonium, Sortem, & ditissimam dotem, quæ distribueretur inter filios suos christi-
tinos

tianos Chatholicos. Sed jam videatur, ex quo fonte manabit hoc *væ* discordiæ, & rixarum.

CAP. II.

HÆRESIS MACHIABELLISTICA COO-
perta videtur in novo orbe fundata
ab Hispanis.

Væ qui Profundi estis corde, ut à Dño abscondatis Concilium: væ filij Desertores, ut faceretis Concilium, & non ex me. Isaia 30.

DICIT Dominus per Prophetam eis, qui cogitaverunt iniquitates in corde suo: dicentes Deum non esse, & vulpina pelle abscondita, & induti obinapacitatem exercuerunt: & hoc cognocetur, quasi ad literam, in America, & singulariter in Peruvia executum: ideoque hispani fundatores Monarchiæ inter indos suspecti apparent de hæresi Machiabellica, & non tantum cæculares homines, verum etiam Ecclesiastici, & Regulares, ad cuius probationem exeat illud singulare D. Petro de la Gasca à Concilio Regis Hispaniæ. Cum enim dicitur D. Pe-

trus Gascā mitteretur ex Hispania ad Feruivum causa Pacationis Hispanorum, se ipsos debellantium, ipsi D. Petro, inter multa monita privata politica, & prudentiæ rationes, quibus eum instruxit Concilium Regium dixit, & affatum est sic. *Quede la tierra por el Emperador, y goviernela el Diablo. Garcilaso Inca lib. 5. cap. 3. 2. part.* quasi dicens: Diabolus sit Governator Indorum, dum modo regnum maneat sub Dominato Hispanico, quid ad nos, ut Diabolus regat Regnum, quid vobis de fide, Christianitate, iustitia, & veritate? pro nihilo haberet conversio Gentilitatis, cui præponi debet jurisdictio regalis!

6 Eodem tempore debellationis, & destructionis Indorum, accidit, ut indi (qui multis retroannis præventi à Deo, per oracula sua expectabant aliam veram, & meliorem Religionem, qua cuncti homines salvandi erant) postulaverunt ab Hispanis, ut restitueretur regnum suo Imperatori *Manco Inca*, mitterenturque illis Sacerdotes, & Ministri, qui eos docerent veritatem, & fidem; nam ipsi sciebant legem Christianam esse veram, quapropter desiderabant baptisari. Cui ambasiationi responsum fuit ab

ab Hispanis, per verba cautelosa, & dolis plena, & missio sacerdotum, Cathequizantium eos, dilata fuit, usque ad multos annos post, quo facta verificatur, omnis fides Hispanorum tunc, & tunc fuisse, & esse dominandi eos, & regnandi super illos; non autem eos convertendi, neque honorandi, ut salvarentur conversi honore, & amore, & quod lacrimabilius *ve* plangitur. Illam Conquistam fuisse non charitate Indorum sed propter aurum, argentum, & divitias, pro quibus fuit adventus Hispanorum, quod cognoscitur ex illa innumerabili mactatione Indorum Gentilium, Nobilium, & ignobilium; senum, Mulierum, & Puerorum lactentium, quam narrat, vel legit D. Bartholomeus Casaus, Episcopus Chiapensis suo lib. Destructionis Indiarum per totum.

7 Prima Capitulatio Indorum regni Cuzquensis, quod *Peru* vocatur, ubi regnabat Imperator *Manco Inca*, fuit cum Hispanis: quod acceptis fide, & baptismo ab Indis, ex Indis, & Hispanis fieret vnus Populus, sub Dominio Imperatoris Romani Caroli V. tunc Regis Hispaniæ, & successorum eius, sine tamen preiudicio juris supradicti Regis *Manco*, qui, & successo.

felores sui, Reges manentes in Regno, subde-
 rentur Regi hispanorum: quod si Hispani fe-
 cissent, fuisset utique Deo acceptabile, homini-
 bus landabile, cunctis Indis salutare, & Reg-
 no Hispano, gloriosius. Sed Proh dolor! quam
 maximum *væ* fuit contra cunctos Indos per-
 petratum, nam Hispani, pro nihilò habentes
 pactiõnem, & ad terga proicientes, ius juran-
 dum, quod juraverant, irrita, sua verba, & ju-
 ramenta fecere ut pleni dolo, & mendacio,
 immemores Dei, solum præ oculis habentes di-
 vitias, tantum de auro, & argento satagebant,
 taliter, ut Indi Gentiles, judicarent, *aurum esse*
Deum Hispanorum, id circo debellantes indos,
 intendebant finire illos multimoda crudelita-
 te, tormentis, & laboribus, qualia, nec apud
 Ethnicos, inveniuntur, antiquitus facta, con-
 tra Christianos, ut fuerunt fascinora ab Hispa-
 nis acta ad versus indos, quorum sanguis, (ut
 Abelis clamabat) usque modo vociferatur, con-
 tra Hispanos, præsertim Cruor ultimi Princi-
 pis Indorum nomine *Tupac Amaru Inca*, qui
 Princeps altero Die post suceptionem Baptis-
 mi, peremptus, fuit vna cum tribus filijs suis,
 & alijs 38. Nobilibus, oriundis de stirpe Regia,
 qui

qui intra annum consumpti fuere, à D. Francisco de Toledo, pro Rege Peruvij, qua crudelitate nulla scævior, nec in maior reperiri potest, in annalibus cæcutorum: nam quis unquam vidit, quemdam Principem inermem, & imbellem, Mansuetum, sicut Agnum, baptisari, & post baptismum de Capitari, ab homine Christiano? Sed quid non perpetrabit ratio status Machiabellistica?

8 Hæc ipsa nunc facit tempore præsentis, quod Indi Christiani fugientes ad montes, & occulta nemorum causa evitandi tyranidem, crudelitates, & maximas molestias Hispanorum correctorum, & Iudicum, jam quasi in toto positi ex ipsis latibulis, petunt, Sacerdotes, & Ministros, qui pascant Indos Christianos, Doctrina, & Sacramentis, manutinentes in illis fidem Catholicam, & qui convertant alios Indos non dum baptisatos, Cathequisantes eos, quia absque dubio illa Gentilitas Montium, qui dicuntur *Andes*, vult baptisari, & solum horret nomen Militum, iudicum, & correctorum Hispanorum, sed non datur panis his parvulis petentibus cibum cælicum, quia ratio status politica, sicut docuit, à principio, vsque modo,

do, docet: primum esse Regnum Hispania quam
 Regnum Christi, quo fuit ut anno preterito,
 1741. quidam Indus, aut Mistus christianus,
 ignotus, & fugitivus, cui nomen *Ioannes San-*
ctos HuaynaCapac, intramontana collegit nimiam
 multitudinem Indorum Christianorum fugien-
 tium tyrannidem, & atrocina cuiusdam Corre-
 ctoris, & iniquissimi iudicis, Indos per sequen-
 tis præcupiditate: & etiam subjugavit pluri-
 mam Gentilitatem Indorum inter illos montes
 degentium, à quibus fuit constitus, Dominus,
 Magnus, aut *Atum Curaca*, velut Regulus, &
 Capitaneus ipsorum, & cum hic homo christia-
 nus, petiverit, Sacerdotes, & Missionarios qui
 pascant, Custodiant, & convertant illum gre-
 gem ovium Christi: tamen politica Ratio sta-
 tus Machiavellica (quia sonuit innaniter, no-
 men Regis, vulgatum ab idiotis, & Rudibus,
 vocata fuit rebellio, & lesæ Maiestatis Crimen,
 quæ fuit Declinatio, & effugium tyrannidis,
 quærens in montibus, respirare) non permis-
 sit introitum Missionariorum, & præcepit exi-
 re Hispanos Sacerdotes, deserens perire illam
 christianitatem absque Pastoribus: & ut Mag-
 nus sonus per totum orbem exiret, & ad cun-
 ctorum

Torum aures veniret, castra, & arma paravit,
 comparavitque magnas impensas; & ad quid?
 nisi ad illud: Poetic. *parturiens. Montes, &*
nascoetur ridiculus Mus, quia revera non est re-
 bellio Indorum, sed fuga crudelitatum, & ty-
 rannidis, & qui vere rebelles existunt Regi Ca-
 tholico sunt Hispani, citra cuius voluntatem,
 loco sedandi hos miserrimos profugas In los,
 addunt Iod s maiorem tyrannidem, & vulnere,
 quibus Indi moriantur, petentes deserta, ne-
 morum, nam remedium ab Hispanis positum,
 nil aliud est, quam additio Major, dolorum, do-
 loribus, & vulneribus Indorum: & pravalet
 injustitia, injustissima cupiditatis, & relinquitur
 christiani, Gentilesque cupientes salvari, si-
 nuntur perire, sine lege, Sacerdotio, & Sacri-
 ficio, in speluncis silvarum: quia apud Hispa-
 nos maioris pretij est lucrum iudicium, & cor-
 rectorum Mercatorum, quam conversio Gen-
 tilitatis, & salvatio christianorum Indorum.

9 Hoc totum maremagnum malorum ma-
 navit ab illa Discordia, qua, ut in prima basi
 flavilierunt Hispani, dominationem, extraneam
 à Charitate fraterna, & Germanam, (aut me-
 lius) siliam hæreticos Machabelli: hæc basis de
 illo

illo fonte fuit hausta, cuius falsum dogma in praxi habuere Hispani pro luce, & pro Duce. 10 Hic ergo Hæresiarcha in lib. *Principis, & Politicæ* suæ tradidit modum stabiliendi regna de novo acquisita, esse, & consistere, in eo, quòd à primordijs regnorum fundentur Discordiæ, factiones, & scismata inter vasallos, licet hi sint vnius Religionis, & Dominationis: Et quis, qui non caligat oculis, haud noscet politicam hanc infernalem, fuisse ab illo Erebi rivulo transmissam ad novum Orbem? ubi sunt radicata eternaliter semina rixarum: quòd enim sunt generationum vocabula, tot sunt Discordiæ scandalorum, atque emulationum, non ad meliora Charismata, sed ad pessima scismata, quæ inter Hispanos, Europeos, & Criollos, Indos, & Mistos, immutabilia sunt? Quis ista narrabit, & plenè plorabit? Nam verum est, non fuisse maius odium, inter Iudeos, & Cananeos, Græcos, & Troianos, Romanos, & Carthaginenses, interque Imperatores, Ethnicos, adversus christicolos; quia non est, cui assimiletur Hispanorum innata rixa contra Indos: hoc docuit *Ars Machiavellica*, quam Hispani ab initio (& si semper ore tenus habuerint,

rint, & odie habent fidem xpti, & exellam
 Romanæ Sedis potestatem) exercuere, vt tel-
 tantur opera, quibus credendum est: Sic vi-
 debitur fides, quæ est illis in corde, esse Doctri-
 na quam Pharifæi non faciebant, & dicebant:
 tunc ergo Indi Gentiles, & Neophyti, & nunc
 xptiani Indi, post Duo sæcula nutriti hoc exē-
 plo, Discordiæ, contradictionis, & odij, quem
 conceptum fecerint, & habeant de fide, sic
 stabilita? & quis dignè plorabit damnationem,
 tam Indorum, quam Hispanorum? vt exitit
 Damnatio, cuiusdam Indi Noblis, qui post mor-
 tem apparuit cui dam amico suo inquit: *Cunc-*
ti Governatores, & Correctores Hispani, & quod
plorabilius est omnes Parochi, huius Populi dam-
nati sunt propter suas injustitias, & avaritiam,
atque tyrannidem, & ego damnatus sum, non prop-
ter injustitias, quas non feci: sed quia duvitavi,
an fuisset vera fides, cui tam male viventes non
parebant Hispani: quomodo Indi non dicent:
 Ecclæciam Catholicam habere politicam, & ra-
 tionem status perniciosissimam, quæ non tolli-
 tur, & penitus erradicatur, sed præfertur, om-
 ni Rationi Divinæ legis, cum tam maximo des-
 trimento animarum, & quæ tota virtute per-

petratur, & vt in æternum per duret, Solum Hispani sunt Proreges, Governatores, Præfides, Auditores, Correctores, Iudices, Duces, Milites, Cæculares, Advocati, Procuratores, Tabelliones, & quod valde dignum est dolere, hæc pernicies totum statum Ecclæsiasticum occupavit; quia in Ecclæcia tantum Hispani sunt Episcopi, Dignitates, Canonici, Parochi, Sacerdotes, Presbiteri, Clerici, Religiosi, & Moniales, & præsertim inter istos, qui maxime prævalent sunt homines in Hispania Nati, *ut in-terro iburna cupressi*, sed Indi ab vtrisque, & a cunctis despicabiles cernuntur, vt Servi, & famuli omnium, malectructantur, & consumuntur.

11 Quare ergo non conspiciet hæc oculus D. Petri, Xpti Vicarius, in Puppi, Navis à Deo positus, vt videat hoc mare Magnum, hæc Zizania feminis nequam, quod inimicus homo feminavit susocato femine bono charitatis, & fidei in agro dominico seminato? vt colligat, ad comburendum, granum zizaniæ, & tergat agrum Ecclæciæ, quam Xptus Rex Regum, & Princeps pacis fundavit in radice Charitatis.

12 Alia Machiabellisticæ politicæ Maxima docet

docet Principes, Regesque cupientes, vlti-
 le de Adversarijs suis, vel stabilire in aeternum,
 sub iugo suę Potestatis, regna noviter debella-
 ta, taliter, vt Naturales numquam, insurgant
 nec ullam spem habeant aliquando resumen-
 di regnum suum: post Discordias, scismatum:
 inter subditos; depravatos mores, vitia, relaxa-
 tiones, malaq; exempla, seminant, quibus subditi,
 Discordes, efficiantur efeminati, ignavi, pleni-
 que iniquitatibus, propter quæ sit iusta ratio,
 vt flagelentur, & maletractentur, & in onoren-
 tur, tanquamque Infidi, atque inutiles habeantur
 semper: quod literaliter practicum ab
 Hispanis, in novo orbe, & principaliter in pe-
 ruvio in venit: ad cuius sufficientissimam pro-
 bationem, Ecce vera confessio, & protestatio
 in articulo mortis facta à quodam ex Primis
 Hispanis Debellatoribus Peruvij nomine *Mãso*
de Sierra Legisamo in suo testamento condito
 in Civitate del Cusco, die XV. Kalen. Octob.
 ann. 1589. ante Hieronimum Sanches de Que-
 sada, Publicum Tabellionem, quam afert P.
 Fr. Ant. Calancha, Ord. Heremit. D. August.
 in suę Religion Choronic. lib. 1. cap. 15. fol.
 98. tenoris, qui sequitur.

13 Primeramente, antes de empesar dicho mi testamento, declaro, que ha muchos años, que yo he deseado tener orden de advertir à la Catholica Magestad del Rey D. Phelipe N. S. viendo, quam Catholico, y Xptianissimo es; y quam zeloso del servicio de Dios N. S. por lo que toca al descargo de mi anima, à causade haver sido yo mucha parte, en el Descubrimiento, y Conquista, y Poblacion de estos Reynos, quando los quitamos à los que eran Señores Ingas, que los poseian, y regian, como suyos, y los pusimos debaxo de la Real Corona: que entienda Su Magestad Catholica, que los dichos Ingas, los tenian gobernados; de tal manera, que en todos ellos, no havia un ladron, ni hombre visioso, ni olgasan, ni una Muger adultera, ni mala; ni se permitia entre ellos, ni gente de mal vivir, en lo moral: que los hombres tenian sus ocupaciones honestas, y provechosas, y que los Montes, y Minas, pastos, y casas, y Maderas, y todo genero de aprovechamientos, estava governado, y repartido de suerte, que cada uno conocia, y tenia su hacienda, sin que otro uinguno se la ocupase, ni tomase; ni sobre ello havian plaitos: y que las cosas de la Guerra, aunque eran muchas, no impedian à las del Comercio, ni estas à las cosas de labrança, & cultiva

sultivar de las tierras, ni otra cosa alguna, y que
en todo, desde lo mayor. hasta lo mas menudo, se-
nia su orden, y concierto con mucho aserto: y que
los Ingas eran temidos, y obedesidos, y respetados
de sus subditos como gente muy capàs, y de mucho
gobierno, y que lo mismo eran sus Governadores,
y Capitanes: y que como en estos hallamos la fuer-
sa, y el mundo, y la resistencia, para poderlos su-
getar, è oprimir al servicio de Dios N. S. y qui-
tarles su tierra, y ponerla debaxo de la Real Co-
rona, fue necessario, quitarles totalmente el poder,
y mando, y los bienes, como se los quitamos, à fuer-
sa de armas: y que mediante haverlo permitido
Dios N. S. nos fue posible sugetar este Reyno, de
tanta multitud de gente, y riqueza, y de Señores,
los hicimos Siervos tan sugetos, como se ve, y que
entienda Su Magestad, que el intento, que me mu-
ve à hacer esta relacion, es por descargo de mi con-
ciencia, y por hallarme culpado en ello, pues habea-
mos destruido con nuestro mal exemplo gente de
tanto gouerno, como eran estos Naturales, y tan
quitados de cometèr delitos, ni exesos, assi hombres,
como mugeres, tanto, que el Indio que tenia cien
mil pesos de oro, y plata en su casa, y otros Indios,
deixaban abierta, y puesta, una escoba, ò un pa-

lo pequeño atravesado, en la puerta para seña de que no estaba allí su Dueño, y con esto segun su costumbre, no podia entrar nadie dentro, ni tomar cosa de las que allí havia, y quando ellos vieron, que nosotros poniamos puertas, y llaves, en nuestras casas, entendieron que era de miedo de ellos, porque no nos matesen; pero no porque creyesen que ninguno tomase, ni vrtase à otro su hacienda: y assi quando vieron, que havia entre nosotros ladrones, y hombres, que incitaban à pecado à sus mugeres, è hijos nos tuvieron en poco, y han venido à tal rotura en ofensa de Dios estos Naturales, por el mal exemplo, que les hemos dado en todo, que aquel estremo de no hacer cosa mala, se ha convertido, en que oy, ninguna, ò pocas hacen buenas, y requiere remedio, y este toca à Su Magestad, para que descargue su conciencia, y selo advierto, pues, no soy parte para mas: y con esto suplico à mi Dios me perdone: y muèrreme ha decirlo, porque soy el postrero que muere de todos los Descubridores, y Conquistadores, que como es Notorio, ya no hay ninguna, sino yo en este Reyno, ni fuera del, y con esto hago lo q̄ puedo para descargo de mi conciencia.

14 O Præclarissima confessio hominis Xpiani Catholicè morientis ! hominis Hispani, qui

cui tam æqualiter consuluit salutem animæ suæ,
 quam bono Regni Hispaniæ, atque utilitati spi-
 rituali Indorum! hæc vera declaratio, clare
 indicat, & est fundamentum, ad suspitionem
 Machiabellismi seminati à principio, & usque
 hodie propagati, & si jungatur, illi sententiæ,
 fidei à Concilio Regali Hispanico, *queda la*
tierra por el Emperador, & quis non aletet semi-
 plenam probationem esse ad dicendum: Primos
 Debellores, & fundatores Regni, principali-
 ter Peruntini, fuisse infectos, arte, & Machi-
 nationibus Machiabellis: & quia creditur pro-
 babiliter, quod hæc confessio, nunquam per-
 venit ad aures, Sedis Appcæ, & ad notitiam
 Regis Catholici, incredibile, enim est, quod si
 cognovissent malum, non applicarent illi me-
 dellam; ideo nunc panditur morbus, oculis Pa-
 tris Summi, ut videat, languorem Indorum
 jacentium ab incunabulis ipsis Xptianitatis, in
 tot lectulis, & grabatis iniquitatis, & qui mor-
 vidi generati, nati; & nutriti sunt. Nam sicut
 verum dictum fuit à Nobili illo, & Xptiano
 Equite hispano, paulo ante mortem suam, fuisse
 practicatum usque ad sua tempora, sic etiam
 verum est Post 162. ann. profecutum fuisse illud
 Dogma

Dogma Atheisticum Machibelli, sed modo plorabilius, & quasi inmedicabilius, quia Proh dolor! quomodo morbus per spatium plusquam duorum cæculorum, protractus, et qui jam ut altera natura innolevit, cōsuetudo mala factus, sanabitur? sed quia *in Galad est recina, & Medicus est ibi*, Recurritur ad Romam, quo Indi curabuntur, & sanabuntur; quia in America, & in Hispania, non est Medicus, immo, qui dicuntur esse Medici, & sapientes, sunt infirmi, & pleni morbis, & contagio, avaritiæ, & supervix, atque tyraniidis insatiabiliter, qui delectantur in vitijs, Indorum, & qui de industria docuerunt, & docent, Indos ebrietatem, & potationem, vini, aque ardentis, & aliorum liquorum Hispaniæ, quibus Indi carebant, & sicut tunc, coegerunt illos, nunc etiam cogunt eos, ad inebriationem, intendentes in hoc Hispani, habere contra Indos probationem ebrietatis, & quod sint proni ad Bachum, ad quod transeat, ut fuissent cum fuerunt Gentiles, cicut cæteri homines pro clives, sed non omnes ebrij, ut nunc a iunt Hispani de Indis, qui si aliquando, inebriantur vino, est quia sciunt in hoc placere Hispanis.

13 Quis ergo talia narrando, temperabit se à gemitibus, & repetitis *oe*, & vè lacrimarum plenis, videos, triticum, quod Pater familias seminavit granum purum, excuisis paleis, nunc futocatum, nunc fedatum, & plenissimum, non tantum paleis defectuum, & imperfectionum, verum zizanijs, etiam, & lolijs, scandalorum, Rixarum, Discordiarumque, impredientium fructum virtutum, inter Indos, *sexagesimum*, & *centessimum*? sed satis sit de hoc, quambis non satis ploratus, Machiebellismus reprobatus, qui tamquam Leo cognocetur, *ex hoc ungue*, & quod hoc *oe* lamentabile, non est Concilium, quod exivit à Deo.

CAP. III.

VNIO EST EFICAX MEDICINA, SI POSSIBILIS ESSET.

Va Soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se. Eccliaslic. 4.

14 SPIRITUS Sanctus, qui Charitas Dei est, & Charitas Dei, quæ est Magistra, bonorum omnium, docet nos, non sapere quid extraneum, nil alienum, nil asperum, nil confusum Reputare, exortans vt, non sicut

E Soli,

timeamusq̄ casum à quo nō valebimus resurgere, non habentes, ad iutorem, nos levantem ad vitam: hæc vnio Charitatis, & hæc Charitas vnionis, quæ nutrit Concordiam, dislocata conjungit inter filios, & seruos Dei, cognocituf deesse Indis, & Hispanis, in America, & desideratur ardentè, fundari inter Indos, & Hispanos, in hac Regione occlusa, vt pax Nova oriatur: expedit, enim, vt vnitas stabiliatur, ablati Radicitus scilicet Discordijs, contentionibus, & querelis vocum novarum, erradicatis vocabulis odiosis, *Criollos, Chapetones, Mistos, &c.* tot generationum. Equum enim est, vt qui vnō spiritu Dei diriguntur, nulla sectiōne discentiant nulla voluntate contraria dividantur, nulla novitate noxia dīceptent, ne, vnde pacis federa nutriri debuerant, Discordia suscipiat incrementum: nam si omnes Xptiani, homines, quicumque illi sint, Hispani, aut Indi, Criolli, aut Misti, vna fide, vivunt intra vltimam vnus Matris Ecclesie Catholice, & vnus Dei omnipotentis Deitatem, atque essentiam confitentur, ad quid introducta, fuerit hæc perditio, multiplicisq̄ perditionis diuersa vocabula, quibus, Hispani, & Indi, Misti, & Criolli,

altè

alteri ab alijs distinguntur? Cur discernuntur,
 quasi extranei & vocabulo alieno, infamiae, ig-
 nominae, & criminis, quasi haeresis, & Lesa
 maiestatis, Indi ab Hispanis & in tantumque per-
 crevit hoc innatu modum Hispanorum ad Indos,
 quod ipsi Episcopi Hispani in Peruvia, sanc-
 verint legem, ne sepelirentur intra Ecclesias Ca-
 thedrales quicumque Indi, Etiopes, & Mulati,
 nisi in ceteris, ut habet, *lib. titul. 4. cap. 9.*
fox. 51. in Synodalib. actis à D. Bartholomeo
 Lobo Guerrero, Archiep. Limensi, in Peruvia,
 quo cognoscatur manifesta passio hispanica cõ-
 tra Indos vetans, illos sepeliri cum Hispanis,
 quibus non inter dicitur sepultura in Ecclesia
 Cathedrali sed solum Nigris, Mulatis, & Indis,
 qui estimatione Hispanorum pares sententur
 ipsis servis, & famulis suis: ideo nihil, est ac-
 ceptum, ut nobile, ac illustre, & laudabile, quod
 Indos comendet, apud Hispanos, quibus, ni-
 hil bonum Indicum, bonum videtur, nec dig-
 num onore, & amore, aut estimatione: præ-
 ter aurum, divitias, & labores, quibus augen-
 tur lucra hispanorum, & quibus crescut, telors,
 ignorantia, & dedecus Indorum: quare ut per
 hæc duo cæcula expertum est, idem est existens
 in.

Indum, & Miskum, ac esse Etiopem, Maurum, Turcum, hæreticum, & Iudeum, & vt aiunt Hispani, peioris conditionis est, esse Indos, quã Maometanos, & omnes antedictos: & quod maius scandalum parit, & nutrit est: quod Indi, & Miski xptiani Catholici, scientes mores veteres Ecclciã, & quod antiquitus, ex lege Moyfi, & Gentilitate noviter conversi, & ab hæresi aducti, & reconciliati cum Ecclcia, (vt nunc etiam contingit in Germania, & Anglia) asumebantur, & asumuntur ad Dignitates cœculi, & ordines Ecclesiasticos, & Religiones, videntes, tyrannidem tantam, ac tẽm blasphemant, patantes S. Ecclciam, Summosque Pontifices Romanos, scienter concentire, eidẽ, tyrannidi, vel dubitant de fide xptiana, taliter ab Hispanis practicẽ fundata, aut, an sint hispani veri xptiani, & Catholici: videntes, hanc perniciosissimam, personarum acceptionem, & Nationum xptianarum distinctionem, propter ac sidentia coloris, & diferentias temporis prioris, vel posterioris in xptianitate, cum tot scismaticibus, seminatis in agro Dominico.

15 Ex quibus, patet certum, & efficacẽ medicamen fore, penitus tollere, talia nomina, & quod

quod Sancta Mater Ecclesia, & caput eius, summus Pontifex Romanus declaret per sua Diplomata sacra, expresse, & specificè unionem xp̄tianam, veram & Catholicam inter tot homines xp̄tianos, nullas, etiam atque irritas esse tales non nēclaturas, & voces; potius que esse seminarium, & nutritivum offensionum, atque impedimentum Maximi Boni animarum; in quosque hispanos *Europæos, & Criollos, Indos, & Mistos*, xp̄tianos Catholicos, non differre inter se, nisi accidentaliter; *Indos* que esse veros filios Adæ, ex quibus cunctis xp̄tianis Catholicis, qui inventi fuerint Probi, & Idonei, vitæ probatæ, moribusque comendabiles, literis imbuti et, ex legitimo Matrimonio Nati accipiendi sunt ad Sacros ordines, & ad Regimen Ecclesiarum & ad ingressum Religionum, & ad vota solemnia in ipsis emittenda; sicut usque modo tantum hispani, fuerunt, & sunt Religiosi, & Moniales, gravissimo animarum suarum detrimento, maximoque Damno Religionis xp̄tianæ, quæ non propagatur, ad interiora Montium, ad quæ confugiunt Indi xp̄tiani, & ubi Gentiles, latitant fugientes hispanos, velut inimicos, & ob hanc inimicitiam, horrent baptis-

baptismum, quo suscepto, pro certo sciunt passuros esse durissimum captivarium, quod usque præsens passi sunt, qui convertuntur: nam re- vera, Indorum conversio, & *Reductio* ad fidem, existit scandalum hispanorum, ipsorumque Dam- natio, & Indorum à fide retractatio.

16 Quare ut noviter hæc Domus Domini, (scilicet Ecclesia Americana) quæ fundata vi- detur fuisse super arenam, edificetur, opus est, ut solidetur super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, superque firmissimam petram unionis, xpianæ Charitatis, & humilitatis, qui- bus comuniter cuncti Hispani in America, ca- rent erga Indos. Ideo ad Sanctissimam Petri Sedem dirigitur. hæc suplex petitio, hic Plan- ctus, verus, & lacrimabilis, ut perspectis, cog- nitis, & perpensis his, & quæ dicenda manent, afferat medicamen validum, & forte unionis, ad sanitatem conferendam cuncto huic Populo *Soli* Indorum, cui *vs* solitudinis, & abiectio- nis, adaptatur, cicuti jacenti, per circiter tria, cæ- cula, in piscina malorum ighorantiæ, Idiotis- mi, & rusticitatis, in quibus *Soli*, Indi, & Mis- ti nutriti sunt vi, & fraude hispanorum. *Soli* vi- ventes, Pane lacrimarum, propter injurias, in-
justi;

ustitias, contumelias, & diversos dolos, de
 lecoris, pudoris, & infamix maximo damno
 trorumque, Hispanorum, errorum, & Discor-
 lię semen propagantium, Indorumque Nau-
 ragantium, in tot periculis, & non habentium
 nominem eos educentem de hac piscina, ex
 qua cupiunt exire, tandem per manus Apposita
 licas, quibus datum est, solvere, & ligare, in
 Coelo, & in terra, ut solamen in veniant Indi,
 in sua desolatione per vniōnem; & pacem Cha-
 ritatis, quę est vinculum perfectiois.

CAP. IV.

DEROGATIO ALIQUARUM LEGUM IN

Nocumentum Indorum efficac Medella.

*Va qui condunt leges iniquas, & scribentes injus-
 titiam, et oprimerent in Inditio Pauperes*

Isaię 10. v. 1.

17 **P**arietes *De Albat Albi Hispani* percu-
 tiunt Indos contra legem, Indicantes
 eos secundum leges, quas ipsi condi-
 derunt: hæ leges sunt. 1. *ordenansa lib. 1. tit.*
8. & lex. 16. & 17. lib. 6. tit. 1. Recopilatio-
nis legum Indiarum. Quorum Primus Conditor,
 & Inventor, autoritate Regia fuit quidam, olim,

vt Magnus, vir, habitus, & multum laudatus ab Hispanis, D. Franciscus, de Toledo, quintus Prorex in Regno Peruntio. hæ leges, verant liberum transitum Indorum ad Hispaniam, ex quibus originem habet Magna calamitas Indorum, non medicata: circa quas, vt cognoscatur iniquitas, varia concideranda sunt.

18 Primum: hæ leges conditas fuisse ab homino hispano Intensissimo cunctis Indis, & principaliter Nobilibus, & oriundis à Prospia Regia: nam de Capitato crudeliter, iniuste, & tyrannice, ultimo Rege Indorum. *Tupac Amaru*, & in baptismo Paulo, nominato, paulo post baptismum, non ob aliud fuit capite plexus; nisi quia voluit Prorex, (vt dixit ipsemet Rex proxime moriturus, increpans Precorem hispanicum, vociferantem: ipsum Regem mori ob crimen læse Maiestatis, & Rebellionis contra hispanos) & quia erat legitimus Heres Regni, extractus fuit à montium abditis, vbi latebat, vi, & fraudulenter, falsoque promissu, incarceratus, vinculatus, & decriminibus, quæ nõ perpetraverat acufatus, & in carcere, ad fidem conversus, sacrolavacro expiatus, postera die baptismationis, fuit publicè in foro Cusquensi,

Me.

Metropoli antiqua sui Imperij publice fuit
 occisus, & proxime ad mortem ipsius, intra
 unum annum, fuerunt alij viginti octo Nobi-
 les, & unâ cum illis, tres filij Regis occisi,
 propter politicam rationem status, qua narra-
 tur Pædictus Prorex solitus fuisse dicere *hoc fa-
 ctum amputabuntur obstacula, Regi Hispanico, ad
 regnandum. tollenturque timores, ne aliquis sit,
 qui jus habeat regnandi.*

19 Hic homo talis inimicus Indorum, Con-
 ditor fuit istarum legum Indos destruendum,
 nam præter illas, quibus præcipitur, & sanc-
 tur, circa tributa, vestigalia exactiones, fodi-
 nas, mitas, & Servitia personalia, in numerâ-
 que, quæ vere habent Indos Captivos, seruos,
 & vt Mancipia vilissima, fecit legem, qua jube-
 tur: tantum Primogenitos Indorum Nobilium,
 & Dominorum esse immunes à solutione tri-
 butorum, cæteros autem filios Secundos, &
 tertios adæquavit, similesque dereliquit, Reli-
 quis Indis Comunibus, de infima Plebe, & pro-
 tributarijs destinavit, & ad servitium hispano-
 rum: & vt totaliter clauderetur via Medendi
 Malum Maximum cunctis Indis irrogatû, aliud
 pejus facinus, & maius perpetravit, condendo

E

illas

illas leges, quibus cavetur, ne Indi Nobiles, aut ignobiles, transeant ad Regna Hispaniarum, quod jus est magna consideratione dignum.

20 Istæ Sanctiones præcipiunt, non transire Indos, ad Hispaniam, nisi obtenta expressa licentia Proregum Hispanorum, qui tamen, vigilantiam pro viribus habent maximam, in observantia talium legum inter dicentium Indis transitum supra dictum, & ob id, in mari, portibusque eius, & in navibus, & Nautis, per vigiles existunt omnes Proceres, Governatores, & Custodes Hispani, ad impediendum Indis, exitum ab Americanis oris: & licet in publico vocitent suam vigilantiam esse, in observatione harum legum, pro bono, & salute Indorum, tamen Indi, cognoscunt rationaliter, aliam occultam intentionem habere hispanos, ideoque numquam petent veniam transeundi ad Hispaniam, nam, si peterent illam, certissimè, non irent, licet eis daretur talis licentia publice, quia in occulto machinaretur eis certissima mors, ut secuta est vni, vel alteri, qui consecutus fuit talem veniam transeundi ad Europam, & quâ vis ab oris Americanis transiverit, numquam ad litora hispanica pervenit, &

ob timorem certè moriendi miserabiliter, numquam dabitur casus, quo Indus quilibet postulet veniam supradictam, ad pereundum infalibilter

21 Item, cum iam cuncti Indi, apud hispanos, habiti, & reputati sint tamquam ignobiles, & viles, & ex illis, plurimi Nobilissimi, *et*, & coacte existant infimi, & inonorati, sunt à fortiori, ligati ad ignominiam, exercendi officia mechanica, & sunt quasi cuncti, Sartores, Sutores, Barbitonfores, fabri, ferrarij, & lignarij, & Pauci eorum Argentarij, & Pictores aliqui, omnes ab hispanis, Reputantur, vt ignobiles, & sicut fimi Plebis infimæ, & sicut stercorea omnium, ideo, si quis polceret veniam transeundi ab America, præcluderetur ei aditus, negareturque transitus, dicendo, leges loqui, de Nobilibus volentibus, navigare ad hispaniam, ideoque per Proreges non licere illi transitus talis: & si forte aliquis, Notabiliter Nobilior, peteret veniam transeundo Hispaniam versus, oporteret ei in conveniens Magnum sequendum ex ipsius absentia, quia credita sunt illi tributa, aliorum Indorum, & cura exigendi illa, ab alijs tributarijs, & solvendi regi pecuniam tributorum: quo videntur cum-

Si Indi constituti esse sub captivitate: Nobiles, penes quos, est reintegratio, & solutio tributorum regalium, & supra quos cadunt, per multa alia onera, quibus ligati tenentur, & detinentur, ut servi non solum Regis, verum etiam omnium Ministrorum Maiorum, & Minorum Iudicum, etiamque Pedaneorum, & lanienarum vilissimorum: non nobiles, à quibus exul est omnis spes vitæ: ex quibus univērsis, prudenter, & xp̄tiane concideratis, sequitur, Maximum malum, dignissimumque conciderationis *est*, quod est.

22 Per has leges sic sine lege, & contra legem sacram, jusque naturale factas, per fas, nefas que custoditas inviolabiliter ab hispanis, utpote adversativas Indis, & ob utilitatem tantum Hispanorum conditas, facile, ex parteque videntur, & noscuntur impediri, toti Nationi xp̄tiane Indicæ, Peregrinationes terræ sanctæ, & visitationes Sacrorum liminum Apostolorum, & aliorum locorum piorum extra Americam, etiamque omnia vota pia ultra marina, ad quæ omnia opera pietatis, Indi inhabilitati existunt, cum sint xp̄tiani Catholici, veluti fuissent Gentiles, Iudei, & hæretici, quibus numquam

clan-

clausa fuerunt itinera ad Ierusalem, & ad Ro-
 mam, sed quid dicetur ad hæc? nisi quod In-
 di habeatur ab Hispanis, vt Bruta animalia, &
 vt non homines, sicut a principio. *Hau, Heu, qua-*
lis dolor similis est huic? quo modo via ad per-
 fectionem clausæ sunt hominibus xptianis, ab
 alijs xptianis, similibus eis! Ergo Indi quam-
 vis xptiani incapaces sunt faciendi vota ultra ma-
 rina: vovendi virginitatem, & castitatem, at-
 que Religionem; & si fecissent non teneren-
 tur, ad ea complenda, vel fuissent nullius va-
 loris, ideoque non tenerentur ad dispensa-
 tionem postulandam Sed forsitan hispani res-
 pondetunt ad hoc: posse dispensationem con-
 sequi, per Procuratores, quare non esse opus
 personali transitu situ ad Romanam Curiam: ve-
 rum enim vero, quam futilis, sit hæc evasio,
 cunctis, qui veritatem contuentur sine vela-
 mine passionis apparebit: nam conciderari de-
 bet, per has tyrannicas leges opositas saluti In-
 dorum, practicè per hæc duo cæcula contra-
 riata, & vilis facta esse, illusa, irrita, & tam-
 quam si non esset, illa sanctio canonica, &
 Apostolica, & ex comunicatio Bullæ in Cœ-
 na Dni. IX. X. *contra omnes illos, qui*

ad sedem Apostolicam venientes, Sua vel aliorum opera interficiunt, mutilant, & spoliant, capiunt, vel detinent Romipetas, quam censuram, incurrant Hispani, & deglutiunt eam, uti culicem, detinentes Indos à principio, usque hæc tempora; quomodo detentus fuit novissimè diebus istis, quidam Indus profiscifens, ad Hispaniam, una cum aliquibus Sacerdotibus Ministris infirmorum, in quorum Societate acseptus, ibat, ut servus ipsorum, tamen, statim, ac cognitus, fuit, vel suspectus Protectionem suam esse, ad aliquod negotium Indorum, cum Rege, vel cum Summo Pontifice Romano, ad quorum conspectum certè pergebat, impeditus fuit progressus eius, & de relictus fuit in portu *Buenos Ayres*, & hoc facinus factum fuit ab Ecclesiasticis, & Religiosis hispanis anni 1749. *si hoc in viridi quid in arido!* quid acturi erunt Laici? *va Indis!*

23 Sic igitur sole clarius cognoscetur, ex legibus suis inter dicentibus Indis meatum ad Europam, oriri cuncta mala, quibus Indi involuti iacent sine medella, per duo cæcula: tamen hispani instabant haduc defensantes leges tyrannicas, quasi fortiter inixi, in destructione Indorum, & dicent: has leges stabilitas fuisse,

re, vt Natio Indorum, devilis, & invalida; non extraheretur, à sua naturali Regione, sicque non minueretur, concervata in suo naturali solo, ideoque, potius fuisse has leges, in bonum Indorum factas, esseque per accidens, illam malorum sequælam: sed responsio, veritatis pugione pullans ianuam iustitiæ; clamat.

24 Non est Indorum egressio ad Hispaniam, minoratio horum Naturalium: nam potius cresceret ista Natio translata ad Europam, Regionem Nobilissimam, salutiferam, discretam, & Politioarem, interque cunctas totius orbis Regiones Micantem vt Dominam: quod patet ex eo quod homines Europei, & Hispani, Pueri, juvenes, & senes, ad Americam venientes, vivunt incolomes, & sani, quasi Naturales huius terræ, inveniunt in peruvio, omnia illa comoda, ad vitam necessaria, & hoc est, quia hæc Regio Indica est quasi Germana, illius Partis terre, quæ *Europa* dicitur: sic Hispani in America nati translati ad Europam, vivunt ibi, Sicut, hic, cecùre vivebant, quia inveniunt in Europa, & Hispania, quasi ipsamet temperamta, quæ in America deseruerant: ergo similiter Indi, in venirent Similia quomoda ad suam vitam;

tam, & salutem, quia si hispani inter Indos, in-
veniunt illa, quæ in sua Regione detulerunt, &
multo meliora: quare Indi ad Europam tran-
seuntes, non habebunt etiam bona? & melio-
ra, & vere optima, que desiderant et serui, ad
fontes aquarum?

25 Ad hoc accedit, quod non est posponen-
dum, bonum certum, & Maximum, propter
aliquod damnum in certum, & quod per acci-
dens imaginatur, esse sequendum: nam illa di-
minutio Indorum, ad Europam profiscentium,
non est vera practicè, sed tantum, vt vere simi-
lis, speculativè cavetur; tamen damnum quod
sequitur est, per hæc duo cæcula, ex observan-
tia, talium legum, certissimè maximum est, &
maius ipsa morte: quia ex illa sequitur Mors
animarum, non se convertentium, & à fide re-
tractantium, & hispanorum, Indos deprimen-
tium, omni vi, & via, qua posunt, tyrannice:
sed *va!* Alia maioris considerationis Ratio res-
tat conspicui; quæ est sequens: minoratio In-
dorum certa, & evidens, per hæc duo cæcula,
provenit, ab extractione violenta, & crudeli, à
suis proprijs Domibus, populis, Provincijs, fi-
lij, Parentibus, Sororibus, vxoribus, cognat

tis, ad alias provincias frigidas, vel calidas, respective, causa custodiendi pecora, laborandi agros, fodiendi, fodinas, Auri, argenti, & Mercurij, in lucrum Hispanorum, vbi Indi, Pastores, & Operarij Metallorum, (qui *Mitayos*, id est suam sortem implentes, dicuntur) per eunt miserabiliter, & in his duobus caeculis consumpta est tanta multitudo, & millia, & plusquam decies centena millia Indorum, quarum numerum solus Deus poterit scire: verissimum est; vt practicè experitur, & vt multoties, ploratum est ad aures, Ministrorum Regis, hanc extractionem à suis comoditatibus, licet pauperrimis, tamen naturalibus, violenter, & tyrannice factam, esse totalem causam destructionis Indorum; non autem extractionem annualem, viginti, vel centum à qualibet provincia, aut Civitate, Americæ, & exitum ad contuendum, Regem Catholicum Dominum eorum, vel ad osculandos pedes Summi Pontificis, adque vincenda loca sacra, vt de facto exeunt cuncti Hispani, *Criolli*, aut Europei, & iterum redeunt sani, integri, atque meliorati: ita pariter omnes Mundi homines se comunicant, ad invicem sine diminutione ipsorum, manente orbe toto

pleno hominibus, vt patet.
 26 Certissima, evidentissimaque consequentia cognoscuntur hęc leges (de quibus loquimur) verantes Indorum egressum ab America, eorumque introitum, ad Europam, esse versipelles, sub que specie pietatis habere lupinam intentionem, & Machiabellicam animam, intendentem claudere januam per quam timetur ab Hispanis Magnatibus, & Potentibus, in America, exitura salus spiritualis Indorum, & ipsorum requies: vtinam apperiat, hęc janua ab illo, qui habet claves David; qui aperit, & nemo claudit, qui claudit, & Nemo aperit, vt cantemus Domino gloriose: in exitu Israel de Aegypto.

CAP. V.

AN CONVENIAT, CAUSAS INDORUM
 agi in Curia tantum per Procuratores.

Vt qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem suam.

Habac. 2. v. 15.

27 **L** Acrimose plorat Propheta S. perditiodem falsi Amici, iludentis amico suo;

uo, dantisque potum felle mistum, ut inebriatus, divulgetur, sic turpitudine eius: sed nunc, aspicitur aperta falsa Amicitia Hispanorum, cum Indis, quibus per duos cecula largiti fuerent, in *essam fel. & in potum acetum*. Hispani dicentes: fuisse plenissime pro visum, & consultum salutis Indorum, per Procuratores, Causidicos, atque Protectores hispanos, suas causas tractari, in Curia Regia, per alios, & in Audientijs, atque ceteris tribunalibus, per solos, etiam Hispanos, per quos, sine minimo labore Indorum, verum maxima quiete, & utilitate ipsorum Naturalium, ministrantur medicamina ad salutem, & satisfactionem Damnorum Indis interrogatorum: verum quam falsum sit hoc osculum hispanicum, Indos tradens ad mortem, quam corruptum hoc *Oleum Peccatoris impinguare volentis* capita humillima, simplicitatis Indicæ, quamque Amarus, *hic Potus* serpentino felle Mistus! ostendimus dicendo.

28 Quod licet prima facie, sic videatur, tacite, contrarium totum Reperietur, in praxi, ex qua oriuntur omnia, & innumerabilia mala Indorum; nam cum omnes Conciliarij, & Procuratores, & in Curia Regali Matricensi, sint hispani,

pani, ignari sunt Indorum, quos de facto, non cognoscunt, neque causas ipsorum, & sunt Nationis alienæ, conducti lucri gratia, ideo nunquam defensaverunt Indos, ut justum fuerat, & debuerant, pro parzialità Nationis suæ, Hispanicæ, suæ cognitionis, aut cognationis, utpote compatriotæ, & ut hispanicè dicitur: *Paysanos*, unusquisque pro suæ Nationis, comoditate stare videtur, & non pro extranea, atque remotissima, ab amore hispanorum, ut est causa Indorum, quæ non tantum est aliena, verum inuisa cunctis hispanis, apud quos causæ Indorum pereunt, & obliuiscuntur. Sic pariter evenit in Audientijs, & Tribunalibus omnibus totius Americæ, ubi cuncti Proreges, Governatores, Præsides, Auditores, Iudices, Correctores, Advocati, Protectores, & Procuratores hispani sunt, & ad in vicem uniti cum Conciliarijs, Concilij Regalis, existentis in Curia hispanica, & sunt, causæ Indorum, idem ipsum, quod fuerunt *Herodes, & Pilatus*, Causæ Xpi Dni. alius iludens, Alter Crucifigens, & Ambo inimici, & falso mittentes *fel*, Amicitie fermentum que malitiæ, Pupillis Indis Amicis, suis patientibus, indices verecundiozem *Nuditatem* faciunt.

lissime turpitudinis, quia cuncti hispani quæ
 ua sunt quærunt, annualem pensionem exi-
 gunt, propter defensionem Indorum assigna-
 tam; sed Indos non protegunt, potius sangui-
 nem eorum sugunt, & sub specie pietatis, Pro-
 tectores sunt iniquitatis defensores bona In-
 dorum, vt sint boua hispanorum, ad augentes
 Indis inopiam, & Micerias maiores, in omni-
 bus ipsis aduersantes, quo fit, vt qui constitui
 fuerant Defensores, vere sunt Indorum Percu-
 siores. & Persecutores: sic ergo in vnum con-
 gregati omnes hispani, suspecti sunt de inimi-
 citia contra Indos, & vt *sal infatuatum, ad ni-*
hil deserviunt, neque vsquemodo pro Indis
 fecerunt aliquid utilitatis, nec acturi sunt: quia
 omne ius factum, ad salutem Indorum, torque-
 tur ad lucrum hispanorum, conuersum in per-
 niciem Indorum, ideoque debebatur tale sal
 corruptum foras expelli.

28 Ex dictis ergo patet, hispanos cunctos
 pronos existere contra totam Indorum, pro-
 geniem, semperque, & in omnibus paratos esse,
 percutere, injuriare, mactare, atque destruere
 Indos, quibusque, non restare aliam viam, ad
 tyrannidis tantæ, & talis evasionem, quam abo-
 litionem

litionem, Cafalsionem, aut correctionem illarum, legum prohibentium Indis ad Hispanicas oras Migrationem, quia via Procuratorum est inutilis; nam cum ordinarie, omnis causa Indorum, Sit genitus, & quærela de extortionibus per hispanos Indis factis; si viæ per quas quærimoniæ Indorum per venturæ sunt, ad Notitiam, & aures, Medicorum Maximorum, qui Europæ existūt, claudūtur quomodo nō perueniet adulterata Narratio? & quo modo veritas patebit? si hispani ipsi sunt Lanienæ, gravissimi ferientes Indos, in credibile est, esse Accusatores, & Relatores plagarum Indorum, quos ipsi vulneraverunt: ergo consistendum est, quod sicut ex hac expotica hispanorum jurisdictione, & legum Indis adversantium tenaci observantia, natum est totum, & maius Damnum, & maremagnum damnorum contra Indos: etiam ex annullatione, & praxi contraria, talium legum oriretur Indis *timētibus Deum*, & qui propter timorem Domini, sic in hoc planetu suo clamant, ostendentes, *veritatem, Mansuetudinem, & justitiam suam*) *Sol fugitia, & sanitas in pennis eius.*

CAP. VI.

DSSMUM. ROM. PONTIFICEM SPECI-
tat jure Divino providere super his.

*Qui dicit Patri: quid generas? & Matri,
quid parturis? Isaia 45. v. 11.*

9 **C**ontradictorem, seu impeditorem, hic
Propheta, increpat, ait *Lyra in Glo-
sa*, & si queratur, in nostro Planctu,
quis impeditor, aut quis contradictor sit, qui
dicat Patri: *quid generas? & Matri: quid par-
turis?* & cui *us* lacrimabile dicatur? nemo alius
potest assignari, nisi ille, qui verbis, aut factis
asserat, *Indos non esse filios Ade: & Indos xpia-
nos, non esse filios quos, parturivit Sancta Ma-
ter Ecclesia, & quos in Xpto Iesu. Pater Patrum
Summus Pontifex Romanus generavit*, ideoque
cunctos Indos esse oves Xpti Petro creditas.
xpianos ex ovili Ecclesiae. Gentiles extra ovi-
le Xpti: unde verum est, de fide, contradicere
veritati, & impedire potestati traditae à Deo,
Summo suo Vicario in terris, illum, qui nega-
ret pertinere ad ipsum, esse que suae Cure, vi-
gilan.

gilitiæ, & muneris, ordinare omnia, quæ spec-
 tant ad xptianam Religionem, ipsiusque Re-
 ligionis incrementum : quare hoc negotium
 perseverantiæ, Indorum xptienorum in suscepta
 fide, & propagationis fidei, apud Indos non-
 dum xptianos, haud dubium est pertinere ad
 Papam SSimum Romanum, cui collata fuit ju-
 risdictio totalis, & absoluta autoritas, circa
 vniversa Regna totius orbis : & precisissime,
 in casu reductionis, Inductionis, Prædicationis,
 Missionis, & Conversionis Gentilitatis, ad fi-
 dem, & manutentionis xptianitatis in fide. Nam
 sicut olim Romani Summi Antistites, hanc po-
 testatem exercuere, (sic etiam odie eam valent
 exercere) & exercebant, cum opus fuerat. Ita S.
 Petrus, & successores sui, Episcopos, Presbiteros-
 que ad Conversionem Populorum Gentilium,
 mittere solebant, exortationes, ambasiationes,
 monita, & iussa, & soliti sunt odie, ad
 Imperatores, Reges, Principes, & Dominos,
 Magnosque Duces, vt ipsi cooperarent tali cõ-
 versioni, & iuarent Ministros, Missos, ad ipsam
 conversionem, largiendo ipsis Dominis, &
 Regibus, per multas gratias, pro huiusmodi
 cooperatione, etiãque concedendo ipsis ea Reg-
 na,

a, & Dominia, dandoque illis Dominium: ius
am, & verum jus, super homines sic conver-
os, & convertendos, in posterum, suo labore,
& cura, quod omne, & si non esset patens, &
er omnia cæcula xpianitatis practicatum, fut-
ceret concessum à SSmo. D. Alex. VI. ann.
493. DD. Regibus Catholicis Ferdinando, &
Elisabet, suisq; Successoribus, hoc supposito: ipso
sole clarius patet, quod licet jura temporalia,
alium Regnorum, sint, & maneant penes ipsos
Reges, & Dominos cæculares, etiamque plura
jura spiritualia, ad Eccleciam tantum atinentia,
ab Ecclecia sint concessa, ipsis Regibus, & DD.
Cæcularibus; pro bono Regimine, & vtilitate
xpianitatis, cencentur esse concessa; vnde si
per temporis de cursum, aut distantiam nimiam
Regionum, per que necessariam mundanarum
rerum constitutionem, noscuntur esse ipsa iu-
ra colapsa, vel corrupta, iamque non conveni-
re, opus que esse illa jura mutare, vel tollere,
vel restringere, interpretare, aliaque pro ipsis
condere, vel instituere, semper Appca Sedes
habet potestatem, circa omnium Regnotum
jura, & leges, vt est certum in toto jure Cano-
nico, practicatum ab ipsius Eccleciæ exordio,

vsque in præsens, quare in nostro casu.
 30 A seritur de fide, : pertinere jure Divi-
 no, etiam que positivo, ad Romanam Sedem,
 providere salutem Indorum xpianorum, (vt in
 fide perseverent, & vt ad perfectionem per ve-
 niant Indi xpiani, & qui adhuc sunt Gentiles
 in veniant in baptismo vitam æternam, quia vt
 sepius dictum est, præsens Gentilitas Indorum
 est illa messis multa de albata, & præparata ad
 silem, sed operarij, non tantum Pauci, sed qui
 sunt inutiles, & Nulli, vt infra iugebitur) mu-
 tando jura adversativa salvationi Indorum :
 vt Optimè D. Petrus Damiani inquit: *quia præ
 varietate temporum non nunquam sepe mutandus
 est ordo causarum,* quare si clare illæ leges in-
 hibentes libertatem Indorum, ad recurrendum
 ad suos Patres, & Medicos summum, & Ma-
 ximum Pontificem, & Regem Catholicum, vi-
 dentur esse fomentativæ, scismatis, tyrannidis,
 & rixarum inter duas Nationes xpianas, his-
 panicam, & Indicam, esse que etiam causa re-
 tractationis Indorum conversorum, noviter, à fi-
 de suscepta, & sic Apostasiæ Parentes, & Indis
 non dum xpianis causare averfionem xpiani-
 tatis, & baptismi, quia pro certo sciunt baptis-
 mum;

num, ab hispanis habitum, vt laqueum, & au-
cupationem Indorum esse : numquam que pla-
gas Indis factas ab hispanis, esse curandas à
Medicis Primis, Papa, & Rege, numquam vis-
uris sua vulnera, quia numquam dabitur casus,
quo Indi personaliter compareant obtutibus
amborum, certissimè micerturorum suis lan-
guoribus, si ipsi conspicerent Indos.

31 Cur ergo, non auferentur, irritabuntur,
& erradicabantur illa damna nacentia, ex legi-
ous illis non convenientibus tempori præsentì,
& miceræ orbitati Indorum? vt quid non con-
dendum est aliud ius suave, novum, & Mite,
quo firmiter præcipiatur, & distincte declare-
tur, vtraque Natio hispanorum, & Indorum,
esse vnus capitis, vnus Ecclciæ, vnus Regis,
membra filij, & subditi? ideoque vtrosque his-
panos, & Indos, esse similes, & æquales, respe-
ctivè, posseque non tantum licitè, & validè,
verum etiam, generosè, & heroicè, contrahi Ma-
trimonia, sine aliqua diminutione, Nobilitatis
cuiusque Nationis, immo hispanos, cum femi-
nis Indis contrahentes, nobiliores existere,
facientes quoddam Magnum, & notabile, quo
exemplo amoris, & vnione charitatis, ablati
tino.

timore, & odio discordiarum, atrahunt Indos xptianos ad amicitiam hispanorum, Gentiles, ad amorem fidei, & cunctos, ad fraternalem charitatem, xptianam vnionem, & concordiam: quod totum, vt sine mora, & rubore fieret, per autentica diplomata publicaretur, & preconizaretur, vt fuisset Notum, per foros, & vniuersa loca, omnium Civitatum, & ditionum totius Americæ, vbi existit dominatio Regis Hispaniarum: illa autem iura impressa, quæ in libris servantur iuberentur à boleri, & radi totaliter; lex vero nova favens rationi Indorum & patefaciens veritatem, Typis mandaretur, vt servaretur in perpetuum, sub pænis sæverissimis.

32 Sic Indi xptiani excuterent pulverem odij, aversionis, & in fidentia, cum hispanis, Indi Nobiles, nobiliores fierent vnione hispanorum, Hi quoque ditiores, atque magis generosi charitate xptiana, suprimerent, & sepelirent, vtrique illa vocabula scismatica *Criollos, Messifos, &c.* tantumque homines Catholici distinguerentur per mores, & opera, per quæ facta sua notabilia, nobilitarentur, & à suis Regibus, & Dominis cuncti servi sui fideles, & pru-

videntes facientes voluntatem Dominorum
horum, honorarentur, per voces, & signa ho-
rificentia, quia *tunc laus erit unicuique, à Do-*
mino. Hoc videntes ceteri Indi, in nemoribus,
& abditis montium, exirent à latibulis suis, &
complexarent fidem Xpti, quæ nullos ignomi-
nia afficit eam accipientes, vt, vsque modo fa-
ctum est in America: ita etiam hispani se con-
tinerent intra limites juris, abstinentes se, ab in-
iurijs Indorum, redderent ad cor, videntes, hie-
nem, & imbrem tyrannidis aduersus Indos, ab-
iisse, hos que surrexisse, ad Amicitiam cum his-
panis Persecutoribus, & Ossoribus suis; cun-
ctisque esset, *cor vnum, & anima vna* per vnio-
nem, & osculum vnus sponsi Xpti: *qui est ea-*
put faciens vtraque vnum: De inde, hispani ti-
merent, essentque Cautiores, videntes, faciliter
Indos, recurrere posse, ad Curias Romani Pon-
tificij, & Regis Catholici, sesarent etiam, per
multa scelera, & flagitia hispanorum, quæ in vl-
ta, & non medicata, manent, in æternum, vel
potius Canonisata transeunt: quia, qui Medici
sunt Indorum, vulnera nova, Indis quotidie
addunt, sine prohibitione, quia non est verita-
tem loquens ad aures. Papæ Summi, & Regis
Catho-

Catholici pro Indis patientibus, nam verissimè illi sunt, tam Summus Pontifex, quam Reges Catholici Hispani, à loquentibus coram eis, falsitates, & Mendacia Ministris suis, propter avaritiam, & politicam, & impiam status rationem, adversantem rationi Naturali, & veritati.

33 Ideo ergo Pastor supremus totius gregis xptiani, & cui commissa est Cura ovium Domini, & Regis, & Pastoris Xpti, vt *Sal terra, & lux Mundi* aplicet efficacem medicinam saluti æternæ Indorum, xptianorum, & Gentilium retardatium venire *ad Nuptias Agni*: propter tyranidem, quam horrent, etiam ad evadendam certam Ruinam spiritualem hispanorum, pene omnium custodientium rigore, nunquam visso, Rationem talem status, tale que ius infandum, & abominabile, impeditivum salvationi, vtriusque Nationis, quæ cum sit xptiana, est vnum obile obediens vni Pastori, & legi, vnus Dei, & Domini, qui idem est Indis, & hispanis, & *omnibus qui invocant illum.*

CAP: VII.

ADUC INSTATUR, SUPER MUTATIONE talium legum.

e auttm vobis, Scribae, & Pharisei, quia claudis Regnum Caelorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sentis intrare. Math. 23. v. 13.

4 **Q**UI Sectam Scribarum, & Phariseorum politicam sequuntur Hispani, custodientes præcepta hominū in damnum, aliorum hominum facta, incurrunt hoc mortale vae, quia claudunt aditum, ad Regnum Caelorum, Indis xptiaris, quibus, clauduntur portus, Navigationis ad Hispaniam, & ad Romam, Portæ ad introitum, ad Ecclēiasticas Dignitates, & ad ingresum Religionum, quæ vsque modo clausæ sunt cunctis Indis, & Mistis, viris, & feminis, & sic, nec illi intrare possunt ad Cælum, tam im mane scelus perpetrantes, quorum non penitet eos, nec satis faciunt Indis læsis de injurijs; nec sinunt Indos introeuntes, ad Ecclēiam, perfidem, intrare, ad cognitionem, & notitiam literarum, ad scientias Philosophicas, & Theologicas, & ad omnia illa, quæ possunt Indis esse, onori, Gloriæ, quieti, & libertati, ad facilius concequendum vltimum finem; & hoc est munus, Petri Apostoli, & Sacer-

sefo.

lesorum eius Summorum Romanorum Pontificum, quibus datæ sunt Claves ipsius Regni cœlorum, Clauas, ab iniquissimis legibus hominū, vt adapperiat has ianuas iuxta illud: *Sol ue iubente Deo terrarum Petre Catenas: qui facis, vt pateant Cœlestia Regna Beatis.* Ideo Petri eiusdem, ac Successorum, in administratione Domini gregis sequenda sunt vestigia, eorumque forma juris est actibus imprimenda, sub qua Disciplina omnes debent fideles vivere.

35 Certè, per omnia curricula temporum cernuntur multę leges, quę, tunc temporis cernebantur vtilis, tamen in aliquo contingenti, suspendebantur, & lapsa temporis mutabantur, jura, quasi, tunc incongrua, aut quia torquebantur in perniciem Pauperum: & quid mirum, vt ait S. Petr. Damian: *Si homines, carnis aduc fragilitate circumdati statuta mutantur, quoniam omnipotens Deus, qui videlicet omnia, quę futura sunt novit, ea quoque, quę à semetipso constituntur, inmutat? nam ex eo, quod promittit aliquando, aliquid minuit, vel etiam totum subtrahit, aliquando mala minatur, & non inffigit; ad cuius Probationem Respondens idē Cardin. Damian. instantiæ Advocati Regis, ad-*
cit

it exempla multa scripturarum, *Noa. Gen. 6*
de Iofia Rege Iuda Regum. 4. 22. & alia, in
opusculo 4. Diceptionis Synodalis, in Perso-
na Defensoris Romanæ Sedis, concludens pul-
cherrime sic: quia Dominus Omnipotens, sepe,
quod homini promissit imminuit, quoniam homo,
quod Deo debuerat non implevit: ibi etiam
affert Petri, & Pauli exempla: videlicet: quan-
do Petrus ante adventum Iacobi iudebat cum Gen-
tilibus, cum autem Iudei venissent, subtraheret, se-
 à Gentibus, cernitur hic (ait Damian.) Petrus
non rigidus, sed discretus, timens, ne Iudei, per
 hoc assonem Gentilium Recederent à fide, factus Iu-
 deus Iudeis, ut Iudeos lucri faciat: ne perdere
 creditum sibi gregem, Pastoris boni, imitatus
 exemplum: ut autem, non stabiliretur scisma
 neque Discordia fundaretur, quin etiam solia-
 daretur Charitatis unio inter utrumque popu-
 lum, legitur Petrus aliquando reprehensus vel
 potius monitus, à Paulo, super quod idem Da-
 mian. in Petro discatur discretio occurrens perta-
 culo imminente: in Paulo vero instructio deser-
 uians Rectitudini. Ipse Paulus circumcidit Ti-
 moteum: ne Iudeis esset offensus, & inurgerent
 contra ipsum, ideo nutrit comam iusta mo-
 rem

rem Nazareorum, & postea totondit, & vt Iu-
 deus se purificabat, sicut temporis Necesitudo
 exigebat: *vt tolleretur scandalum, his, qui ex la-*
deis fideles extiterant, Idem Damian. formam
 cepit aegritudinis, vt morbos auferret egris,
 seruis carimonijs veteris legis, circumcidit ho-
 minem, & tamen terribiliter clamat. contra cir-
 cumcisionem Apostolus: *illa omnia in superficie*
fecisse conspicitur, ne in ipsis fidei Novæ rudi-
 mentis, Meates haduc tenææ, scandala pate-
 rentur, sicut vsque modo passi sunt, Indi tam
 Neophiti, quam veteres xptiani, iudicantes si-
 dem xptianam, Eccliam que sanctam, tantum
 accipere hispanos, ad ordines, & Religiones,
 ad Digitates suas, & ad peregrinationes, Sanc-
 torum locorum.

36 Ex Dictis patet, mutare humana jura,
 & alia nova inducere, secundum tempora, &
 constitutionem temporis, esse adeo Necesarium,
 vt sine mutatione, vix posse res humanas exis-
 tere, & gubernari, vt pote necesariæ mutatio-
 ni subiectas, qua ipsius naturæ regula ducti,
 Pontifices Romani, SS, PP. orthodoxi, & cun-
 cti Reges, ac Imperatores, qui jura, in omni-
 bus atatibus condiderunt, quando opus erat

mutatio mutabant, aut dispensabant, vel suspendebant, irritantes ea, ut videri poterunt leges per antiquas, non habentes, nunc vim, quia iam contrarius usus, aut lex nova, veterem reformavit: licet, enim, antiquitas, aliqua lex fuisset pro tunc temporis optima, modo autem, non expediens, forte tyrannica esset.

Unde in presentiarum, non solum videtur convenire, verum aseritur, posse, & debere Summus Legislator Pontifex Roman. tollere, has leges nocivas, universitati, & libertati fidei Christianorum, impeditivas que maxime Boni, nam ex illarum observantia tyrannici Miferi videntes ianuam, ad salutem firmitatem suam claudi, desperantes, ut rudes, recedunt à fide, & redeunt, ad vomitum idololatriæ, tradentes æternæ damnationi animas suas, per maius malum Apostasiæ, quod scandalum etiam, Indos Gentiles, detinet in Gentilitate, aqua nullatenus, volunt avertere, quia verentur Christianitatem, & timent baptismum, ut certam captivitatem, quam irremissibiliter incurrunt, cadentes in manus Hispanorum per baptismum, à quibus nunquam revertent, quia unica medella Sacerdotalis, & Regalis.

galis Recursus Romæ, Hispaniæque existentis, eis denegatur, vt personaliter, ab eisdem quaratur; nisi per relationes suarum calamitatum, ab hispanis transfiguratas, paliatas, doloseque factas, ad placitum hispanicum, respicientes tantum hispanum lucrum.

38 Ideo optimè faceret Summus Romanus Pontifex si per districtam coercionem, tolleret tale jus perniciosissimum, moneret que Regem Catholicum, vt tollat omnes illas sanctiones noxias, bono spirituali, & temporali profectui Indorum; & vt conderet alias salutares, per quas stabiliatur *liber Recursus personalis* Indorum ad Curiam Romanam, & Hispanicam, vti ad fontes, vt Indi, siti in iustitiæ pereuntes, *auirent aquas, è fontibus saluatoris*, & Summus Pastor Sanctissimus appareret Novus saluator, Conditorque existeret novi juris, ad redemptionem Hispanorum, & Indorum, tollens de medio Ecclciæ vetera intoxicata iura, prohibentia libertatem nobilem hominum xpianorum pereuntium, *quia hominem non habent*, secundum exempla, & Sapientissima Antiquorum Summ. Pontificum, & Patrum facta: ex quibus, hæc brevis series, hic aponitur vt sequitur.

PLANCTUS

36

Lex Ieiuniorum, & abſtinentiæ carniū,
& collationis nocturnæ, diverſimode, mutata
per omnia cæcula, uſque ad normam, quæ
odie ſervatur.

Vigiliarum: antiquitus, non erat Ieiunium,
ſed Populum fidelem vigilare nocte, & orare
in Templis, circa ſepulcra Sanctorum.

3. Electio Summorum Roman. Pontificum,
quæ diverſa, diverſis temporibus in venit, ut
conſtat ex iure Canonico, & in Concilio Conſ-
tantienſi ad tollendum ſeiſma, pro illa ſola vi-
ce, ius novum fuit conditum.

4. Electio Episcoporum, etiam ſecundum va-
rietates temporum, varia invenitur, in ſingu-
lis Regnis xpianitatis.

5. Concentratio Episcoporum, & collatio Pa-
lij Metropolitanorum, etiam variæ ſecundum
tempora, & Regiones.

6. Celebrationes Miſſarum, quæ vno die di-
cebantur, tres aut plures, ut ſapientiſſimè, &
noviter eſt diſcuſſum à SS. D. N. Benedicto
XIII. concedente in Regno Catholici Regis,
& Regis Portugaliæ, à quolibet Sacerdote tres
Miſſas celebrari, in die Commemorationis om-
nium fidelium Defunctorum ann. 1748.

7. Consuetudo edendi carnes in Sabatis, varia est, in cunctis, Regionibus xpianitatis.
8. Varius etiam modus Canonisationis Sanctorum, per omnia cæcula Ecclesiæ.
9. Etiam inveniuntur nova jura, in observantia Dierum festorum, & veteribus abrogatis, nova succedere, & hoc etiam, in Ritibus, & Ceremoniis Officij Divini.
10. Cognationis impedimenta quæ antiquitus, attingebant ad 6. & 8. gradum, nunc jam varia, tantum attingunt ad quartum, & ad tertium in aliquibus Nationibus.
39. Ex quibus, & multis quæ brevitatæ gratia deferuntur patet: *excepto jure Divino*. Pontificem Summum posse, & aliquando debere, juxta necessitates Ecclesiæ, & occurrentias temporis, & bonum xpianitatis, pro cuius, spirituali salute illa jura statuta fuere, restringere, tollere, derogare, & immutare ipsa jura positiva, humana, ipsumque jus Divinum, Papam posse aliquando, partimque suspendere, & declarare, atque interpretari: sed nunc ex his, audiatur *lacrimabile*, quo Indorum Natio ingemiscit.
40. Si ergo, sic ista se habent, quod in sanctissimorum Patrum sanctionibus, dispensatum est,

t, & mutatum; quare nunc non erit sic faciendum, & non mutabitur, & irritabitur, illud Antiquum jus offensivum, saluti Indorum, utum per illam, Magnatem hispanicam, iniuriam Indorum labe prenotatum? pelle ovina vestitum, sub specioso titulo utilitatis Indorum? quare ergo tam constanter hæc lex datur, & iniolabiliter observatur? non ob aliud, nisi quia est favens utilitati Præregum, Governorum, Correctorum, & Iudicum hispanorum, eorumque tyranidi, contra Indos, & est faulrix Rebellionis, ipsorum Ministrorum Regalium, contra Regem Catholicum: nam protecti suis legibus, interdicentibus Indis, clamorem, personam, etiam, coram Pontifice Summo, & Regibus Catholicis, libetius vivunt, ut volunt securi a correctione; Sacerdotali, & à Regia potestate, qua ipsi abvientes, non est hispanis in America alia lex, quam voluntas sua, absoluta, & spontanea, *adversus Dominum, & adversus sanctum eius.*

CAP. VIII.

ALIA CALAMITAS, EX PATRONATUS
iure.

Va tibi terra cuius Rex est Pauc, & omnis Prin-

cipes

cipes mane comedent. Ecceiaſte. 10. v. 16.

41 **H**INC, hoc *ve* terræ iſti *Americana*, & præcertim *Peruntina*, Indi cuncti lacrimabundi deſlent, cum eis, non ſi Rex hispanus, niſi Puer Rex, cuius iluſores Proreges, Magnates, & Proceres hispani dominantur, & ſicut ludentes cum Rege abſcondunt veritatem, ab oculis ſuis, velut quando fabellæ narrantur Pueris, ei illudentes, & inſultantes, vt Puerulum : Pueritię enim vitia ſolent eſſe in experientia in eruditio, inconsideratio, ignorantia, leuitas, & hæc inveniri noſcuntur, licet innocenter, ex voluntate ſua, in Rege hispano Catholico, coram cuius conſpectu Nemo expertus, nemo eruditus, nullus conſiderator, nullus ſapiens fatetur, in cauſa Indorum, aut, vt verius dicatur, non eſt qui eum, experiri moneat, qui eum erudiat, poſcat, vt conſideret, & ſcipiat, atque ſciat veritatem, circa Indorum gubernationem, Indorum ſalutem, Indorum tractationem, atque deſtructionem, ruinam, & exterminium, & ſic per infidelitatem, miniſtrorum factus eſt Rex Puer, iuſus, Inſciusque eorum, quæ eveniunt in ſuo Regno Americano, & ſicut per fidem tantum Indi ſciunt eſſe Regem

gem suum, Regem Hispanum Catholicum, sic
 Rex per fidem scit esse in America, Indos sub-
 ditos suos; unde culpa suorum, Rex Hispanus,
 licet Magnus, ut Alexander, fortis ut Sargon
 sapiens, ut Salomon, Sanctus, ut David sit, ta-
 men, apud Indos, ut Puer videtur, cuius ver-
 ba, præcepta, leges, iussiones, scedulæ, contem-
 nuntur, ut puerilia, & Mandata Pueri, non Re-
 gis potentis, sapientis, & sancti, quare vèrè
 potest dicere Rex Hispanus, illud Ceneç ep.

4. *Non Pueritia in nobis, sed quod est gravius,
 puerilitas remanet, quia, ut Puer, & infantu-
 lus, à suis hispanis in veteratis, in destructio-
 ne Indorum, dirigitur, & fortitudo, Magnani-
 mitas, sapientia, & sanctitudo eius, nihil prof-
 ficit Indis, quia omnia ista in America, pro bo-
 no Indorum, apud hispanos, sunt sagittæ Para-
 vulorum, quæ convertuntur in plagas Indorum;
 ergo va populo tui Rex est Puer; & cuius Prin-
 ceps mane comedunt.*

42 Principes namque, Proreges, Episcopi,
 Guvernatores, & Iudices, inter Indos, mane
 comedunt, quia intempèstive mox, ut oriun-
 tur, in hoc occidente, mane deglutiant, & de-
 vorant, prædas, nec expectant ad vesperam

dividere escas, quia statim, vt cognoscunt Indos dilacerant eos, eos persequuntur, eorum Res diripiunt, quasi habentes intemperantiam, & ebrietatem, Indos comedendi, & sanguinis eorum bibendi: hispani cuncti, sivè Europei, sivè *Criolli*, Respectu Indorum sunt quasi Reges, & Principes illorum, qui mox, vt noverrunt Indos, Odio habent, comedunt mane, deglutiunt, & destruunt: quod totum, vt probaretur, sufficiebat, quod ante dictum manet, sed plenius videatur, ex calamitatibus aliquibus, quas passi sunt, & modo patiuntur Indi, nã mones dici fuisset facilis arenas numerare.

43 In duobus œculis: ex tota multitudine Indorum xpianorum, vsque ad præsens, non est quilibet Indus, quãvis sit competenter eruditus legitimus, & Nobilis, atque bonis moribus præditus, ordinatus Præbiter, nisi per magnos labores, munera, & gravissimas iniurias, & molestias, cum mandatum sit, ab ann. 1588. & 1692. & 1725. à Regibus Catholicis: vt Indi Catholici, & idonei, ad Sacerdotium admittantur, sed hæc mandata, vt *Papæ Regis* spernuntur, & cum facillimè hispani quilibet, Rudes, & Nobis, Plenique irregularita-
ribus

us Canonice ad Sacerdotium, assumantur,
 eo fit, vt in America, status Ecclesiasticus, sit
 inquam stagnum plenum piscibus totis hispa-
 nis, fere omnibus malis, & pessimis, vti bonis
 optimis; supcctis, & electis ad ordines, qui-
 us per facile dispensatur quolibet irregulari-
 bus, abiectis pluribus Mistis, & Indis Dignio-
 bus, sic que in his duobus cæculis, paucissimi
 ant Sacerdotes facti, nullus autem Presbiter
 indus, obtinuit beneficium aut Curam alicu-
 us Parochiæ, & hoc quare? nisi quia Regis
 mandatum vt Pueri Respuitur, & quia hispani
 unt Principes mane comedentes, prædam In-
 torum, & ipsos Indos: ad hoc acfedit, quod
 omnia iura Canonica, & Regia præcepta, cir-
 ca instructionem iuventutis, pro qua instituta
 unt Collegia Seminaria, vbi Pueri, & iuvenes
 filij xpianorum, instruuntur, in literis, & mo-
 ribus bonis ad vtilitatem Ecclesiarum, non vi-
 dentur hispanis instituta, vt Indi doceantur,
 ad literas, sed tantum vt ipsorum hispanorum
 filij erudiantur: nam Indi, reputatione hispa-
 norum, non solum sunt oprobrium, & abiectio
 hominum, & Plebis, sed non reputantur ho-
 mines, & habentur, vt vermes, videturque per-
 durare

durare illa eretica opinio prima, quæ olim, affirmabat, erroneè: *non esse homines Indos*: & ob id fuit illa maxima. *Necatio, Indorum narrata, à DD. Bartholomeo Casas, Episcopo de Chiapa, & ab Alijs* ex quo fit, ut si aliquis hispanus, licet raro, conscientia sua motus, & veritate ductus, doceat aliquem Indum legere, scribere, aut prima latinitatis principia, blasphematur à Cæteris hispanis, quasi nutrens leonem in sinu suo, quia hispani, semper perpetuare nituntur Indos, in rusticitate, & idiotismo, fundantes, ab initio suum patrimonium certum, in Indorum ignorantia: & hoc quare? Nisi quia Instituta, Ecclesiæ Conciliorum, & Regum sunt mandata Puerilia, & ideo despecta, ab hispanis, in America, ubi pro Populo Indorum, dicuntur non esse instituta: ergo *va populo &c.*

44 Sequitur ex hoc, quod Indi xptiani, in America tota quam vis sint xptiani, & Remoti à Geutilitate, in multis generationibus, & usque ad trigessimam, & Misti, in 4. [vel 5. aut 6. & 8. gradibus, numquam suscepti sunt ad statum Religiosum, quia Indi xptiani, & Catholici: apud estimationem Religiosorum sunt peioris conditionis, Mauris, Iudeis, & hæreticis,

PLANCTUS

73

m isti, & filij ipsorum, aliquando recipi po-
 nt, & recepti sunt iuxta dispositionem, & li-
 tationem sacrorum canonum, sed Indi, & ab-
 s orti nullatenus, & numquam: & hoc inter
 religiones statum humilitatis, & Paupertatis se-
 uentes? *Vae populo, cuius Rex, ut Puer non con-*
derat! hoc ipsum evenit in Monasterijs Mo-
 nialium ubi Nulla Mulier, virgo Inda licet
 Nobilis, & virtuosa, recepta est vsque modo,
 ad Professionem Monialitatis, neque ut laica,
 ut conversa; nisi tantum ut Donata: nam his-
 pani, etiam Episcopi, & Prelati Regulares in
 America fundaverunt tertium statutum Dona-
 tismi, præcertim in Monasterijs Monialium, ut
 distinguantur Mulieres Indæ, & Mistæ, atque
 Ethiopicæ, à femineis hispanicis, & tantum hispa-
 nicis Mulieribus datur Professio solemnis Mo-
 nialitatis: & pro feminis Indicis, Mistis, & Ni-
 gris, est figmentum Donatarum, quibus fa-
 ciunt credere, se esse vere professas, & non sta-
 tuente Ecclesia Romana, talem tertium statum
 Donatarum, stavilierunt hispani Donatas emit-
 tere vota sub tantialia Religionis, cum Ecclesia
 numquam aprovaverit, nisi duos status inter
 fratres, & Moniales. Primum Monialium, de
 choro,

choro, & secundum Monialium Laicorum, aut
 conversarum, & cum Donatismus, sit in Reli-
 giosis ordinibus, quasi prima tonsura, vel ini-
 tiatio, aut ingressio ad tyrocinium, & Profes-
 sionem Religionis, ut est praxis totius Europæ,
 ubi Donati solent transire, per professionem
 solemnem, ad statum Coniatarum, vel Laicorum
 Religiosorum; tamen in America, propter ra-
 tionem status Machiabeli, nolentis honorare
 hos Naturales, in solo suo, semper eos habent
 usque adhuc hispani, sicut omnium peripsema
 Donatos, & Donatas.

45. Lacrimabile exterminium, & omnium
 malorum, Maximum, & extremum sequitur,
 ex his præmissis, adversus totam Gentem In-
 dorum: Nam cum reputentur, Indi, ut inutiles,
 inhabiles, atque irregulares, ab hispanis, ad
*omnia quæcumque bonæ. famæ quæcumque pu-
 dica, quæcumque onorabilia actualiter. univērsitas*
 Indorum in venit, *sicut oves errantes sine Pas-
 tore, posita in inferno, & ut arietes non invenien-
 tes pascuam:* Indi xptiani, xptiani sunt, sed rudes,
 illiterari, Idiota, & ex eis maior pars, aut fere
 tota, (exceptis paucissimis, qui cum labore, &
 periculo Maximo, per magna, & ardua impo-
 sibi

illa reptantes, literas didicerunt) est igna
 etiam Misteriorum fidei, quæ sunt ad salu-
 m necessaria, nec se signare Cruce Xpi sciunt
 ad Plurimi, nam nec discunt, nec capiunt; &
 hoc, quia non est, qui eos amanter, & paterna-
 ter doceat, quia cuncti Indi, & filij ipsorum
 cum ipsis, etiam feminae destinati sunt tantum
 ad servitium, & famulatum hispanorum, in fo-
 minis metallorum occupati, in agris colendis agrar-
 iati, in pecoribus pascendis ligati, in lignis se-
 candis astricti, & in eruendis lapidibus oner-
 ati, in compedibus, Manicis ferreis, vinculis,
 & Carceribus, plagis supra modum, & verber-
 atibus, remotissimi, & separati, ab Scolis, & ab
 omni notitia literarum; nam hispanica potestas,
 & jus spoticum, Dominatioque absoluta hispa-
 norum; vnanimiter, resistit instructioni Indo-
 rum, intendens, in perpetuum pro trahere iga-
 norantiam, & Bestialitatem Indorum, qui, si-
 ne Doctore, Disciplina, Præceptore, nec Duce,
 qui condolere possit suis morbis, existunt, ut
 Bruta animalia, peioris maiorique calamitate,
 qua erant olim in Gentilitate: ergo *o populo*
culus Principes mans comedunt, & cui est dolor
duplex, à Rege simili parvulis, & à Princi-
pibus,

pibus, Regem decipientibus, & mane, atque
 intempeſtively, populum miſerum devorantibus
ve. populo, cui ſi oportune medella, non tribua-
 tur, forte cum, atque Principes (uos, inferna
 vivos deglutiet, vt quondam plangendo miſe-
 rum ſtatum Anglię dicebat, S. Eduardus Rex
Sacerdotes pravaricati ſunt pactum Dni. & hi non
Paſtores ſed Mercenarij, Lupis exponunt oves, non
protegnunt lac, & lanam querunt, non oves, vt de
trufos, ad inferos, Mors, & Paſtores depaſcat
& oves: ſed, & Principes terra (ſcilicet huius
 Americanę terrę Proreges, & iudices univerſi
 vt reges, & Domini, & maiori poteſtate.) *foci*
furum, infideles, Prædones Patrię, quibus, ne
Deus timorè eſt, nec lex onori, quibus verita
onori, jus contemptui, crudelitas libertati, liberta
delectationi: ita nec Prælati ſeruant juſtitiam, ne
ſubditi Diſciplinam: tamem indi, humiles, &
 Mites obedientiam ſolum præſtant hispanis
 quia, aliam Doctrinam neſciunt, præter ſervi-
 tium Hispanorum, quaſi hoc fuiſſet finis vlti-
 mus, Alpha, & Omega, ad quæ Indi à Deo
 creati ſunt, & Nati *ve hunc Populo!* quis eorum
 ſalvabit a tempeſtate hac? *nifi ille cui dictum*
eſt. Paſce oves meas.

TRONATUS TEMPERATIO, ESSET
aliquid Medicinæ huic malo.

Va terra, Symbalo alarum Isaïæ. 18. v. 1.

SICUT prævaricatio Ægyptiorum, promissionis, & Auxilij, quæ pacti sunt deis, & non compleverunt, *huic fatali va oca-* onea dedit, ita prævaricatio Hispanorum, promissionum, & auxiliorum, quæ pacti sunt cum Ecclcia [S. & Romana Sede, circa conver- sionem indorum, & manutationem xpiani- tatis & incrementum fidei inter indos, ad bonum spirituale ipsorum, facit xpianos ipsos clamare, *va terra Cymbalo, alarum, Va terra America! Cymbalo* hispanico, duabus alis pro- mittenti auxiliare Indis, potestate spiritali, sci- cet, & exenlari: Sed *va*, quia auxilium factum est, quia est, sine Charitate, sine vnione, & cum Discordia, *velut as sonans aut Cymbalum inuens*: Reges Hispani auxilium Indis promiserunt, & promittunt, sed sicut vox *Cymbali*, fuit promissio, fortè per Ministros suos illusa & auxilium non est impensum, Et sicut Iudei sub-

falsa confidentia à Ægyptiorum, fuerunt per Babilonios devastati, sic Indi, sub *Cymbalo*, vocis, Regis Catholici, sub *Cymbalo* vocis *Patronatus Regius*, sunt per hispanos destructi, occisi; Necati consumpti . per Iudeos ab Ægyptijs deceptos, simplices xptiani designantur: & qui isti xptiani simplices, vt columbæ nisi Præsentes Indi xptiani? qui decipiuntur quotidie per Magnas, & falsas promissiones hispanicas, eo quod habeant hispani Magna verba, sed à veritate, & Charitate vacua: ideo hæc Promissio, hoc Auxilium, hic Patronatus, in presenti, Planctu *Cymbalum alarum* vocatur huic Populo, huic terræ Americæ: ergo *va terra Cymbalo alarum*, ea Propter.

47 Cum sit Romanas Antistes, vt ait S. Bernard. Sacerdos Magnus. Princeps Episcoporum, Heres Apostolorum, Primatu Abel, Governatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedec, Dignitate Haaron, Auctoritate Moyse, iudicatu Samuel, Potestate Petrus, unctione Xptus & sic existat Dux xptianorum, Pastor Plebium, vltor scelerum, metus malorum, malleus tyrannorum, Pater regum, moderador legum, Canonum Dispensator, salter-

rae, orbis Lumen, Sacerdos Altissimi, Vica-
 rius xpti; xptus Dni. Deus Pharaonis. Lib. 3.
 e Conclider. ad Eug. III. quæ verissima, &
 pulcherrima verba D. Bernardi si tantur à D.
 Joann. Solorzano. Conciliario hispani, & Ca-
 tholici Regis. Cum agit de jure Patronatus
 otius catholici Rigis. *tom. 7. lib. 2. cap. 23,*
um. 80. & vtinam, fierent ab hispanis, quæ
 bi dicuntur, quam formosam haberet faciem
 es indiarum! sed nunc sedata sunt jura, quia
 non observata, & quæ tantum obsevantur sunt
 dversantia Miseris, & pupillis Indis, severissi-
 ne, & toto rigore, quasi exarata in scilicet;
 narmore, vel Celte.

8 Quare ergo, tantus, & tam Potens;
 Dominus, & Deus interris, Summus Pontifex
 Roman. Sacerdos Maximus Princeps, vir,
 Primas, Governator, Patriarcha, Rex, iudex,
 vicarius, sephas, Petrus, & Caput Ecclesie
 Militantis, nequibit temperare jura, moderare
 reges, & mutare sanctiones? poterit certe,
 ut Bonus Pastor, & tradens animam suam
 pro ovibus xpti opressis, legibus tyrannicis
 abeisdem liberabit, aliasque oves Gentiles, non
 intrantes, ad ovile Ecclesie ob metum illarum
 legum

80 INDORUM.

legum iniquarum, curabit à ducere, temperans
 eas leges, moderandoque absolutum, & am-
 plum jus Patronatus Regis, prescribens, &
 taxans, illud, infra certos limites, vsque ad
 quos valeant, Principes laici extendere ma-
 nus suæ Pateſtatis, vt sic ſciant, quoniam ho-
 mines ſunt, & ſunt Reges Catholici, qui fa-
 cere debent reformationem vniuerſalem, ſpe-
 cialiter in Cauſis Indorum, tam lacrimoſe, do-
 lentium: & Cum Summ. Roman. Pontif. ha-
 beat plenam poteſtatem temporalem, ad hoc
 vt xpiani oves ſuæ conſequantur finem ſpi-
 ritualem, & incaſu preſenti, finis ſalvationis,
 tam indorum, quam hispanorum, impediatur,
 vel, quia indi conuerſi, non erudiuntur, inſi-
 dei Miſterijs, & ob tyrannidem à fide avertun-
 tur, vel, quia, alij Gentiles non conuertuntur
 ob eandem tyrannidem: vel quia hispani non
 corripuntur, & damna maxima, ab illis, indi,
 illata in ſpiritualibus, & temporalibus, non
 Reſtituuntur, concluditur: hanc perditio-
 nem animarum, hispanorum, indorum xpiani-
 norum, & non xpianorum, (quo meliori mo-
 do poſſibili) eſſe penes Summum Paſtorem
 impedire, ad illumque atinere, providere
 ſalva

salvationi omnium, & perfectioni cunctorum:
 am revera maxima perfectio sanctitatis, de-
 enta est inter indos, ob carentiam instructio-
 nis, xptiano, & Appostolico modo suavi, &
 eni, qui numquam practicatus fuit usque
 nunc, sed per metum, & rigores, extortiones,
 & flagella, hispani, has Gentes imbelles, &
 nūmiles, introduxerunt ad Eccliam; non ad
 aliud, quam ad famulatum, & captivitatem,
 infamiam, & maledictionem, improprium, &
 destructionem, quæ omnia, qui operantur sunt
 hispani: salvatio hispanorum; talia fascino-
 & scelera operantium, quare non quæretur?
 & certissima illorum damnatio, non impe-
 dietur? quare etiam non obstruetur vox, &
os loquentium indorum iniqua, tamen, ignoran-
ter: proloquium enim vulgare est inter indos
dicere: esse xptianum est esse Mancipium hispa-
norum. Indi Gentiles in montibus latitantes,
ad invicem sibi dicunt. Vis esse servum hispa-
norum? fac te xptianum. Suscipe baptismum, ut
servus hispanorum fias, non quia fidem odè-
runt, sed quia horrent modum detestabilem
fidei prædicandæ, qui modus, usque modo per-
durat, & modum non habet, & qualis erit?

49 Quod veniat incor SSmi. N. Pastoris
 totius xptianismi, & præcipue huius America-
 ni gregis, dispersi, & laerati, recordatio, quod
 suæ sint hæ oves tonse, & rasæ, &, lacrimabi-
 liter dispersæ, memorque sit miserationum an-
 tiquarum S. R. Eclesiæ, & quomodo hæc
 resistebat, quasi Murus fortitudinis, tyran-
 nidi Potentum huius cæculi, pro salute Popu-
 li sui, suamque Autoritatem Notam faciebat,
 contra omnes, etiam Imperiali, & regali Dig-
 tate decoratos, qui suos vasallos, legibus in-
 justis oprimebant, vt S. Gregorius. I. fecit
 in Mauritium Imperatorem, S. Greg. VII. in
 Enricum S. Sacharias, deposuit Childerium, Ale-
 xander III. in Enricum. V. Innoc. III. in
 Fridericum II. Iosnn. XXII. in Ludovicum
 Bonifacius VIII. in Philipum, & multi Ponti-
 fices Summi, per omnia cæcula, Resistebant
 Potentibus, & divexantibus, injustè suos sub-
 ditos, legibus injustis, & non auditis, ab ipso-
 que sinu inferi excogitatis, quales sunt illæ pro-
 hibentes apparère personaliter homines, suis
 Regibus, inhibentes, ut homines Catholici ver-
 sus Romam pergant, vicitentque loca sancta,
 prohibentes discere homines xptianos, publicè,
 lite

teras, in scolis, & Gimnatijs vniverſitatom,
 quia Indi, vel Miſti ſunt) ob idque irregulares
 ſunt, ad introitum. Ordinum Religioſorum fra-
 tum, & Monialium : & quaſi eſſet Maior Dig-
 itas ſtatus Religioſus, vel maius Sacramentum
 acerdotio, Indi, & Miſti) ex quibus, aliqui pau-
 ſiſimi Præſbiteri facti ſunt) non admittuntur ad
 reſeſſionem Religionum, quia communitet
 Religioſi Hiſpani, aiunt : *Eſto, ſint Indi, & Miſ-
 i Præſbiteri caculanes, ſamen fratres, nequaquam
 runt, ex quo Indi pro dogmate, fidei habent
 icere, & credere; Beſeciam aliam legem, inſti-
 iſſe interdicens Indis, & Miſtis xpſtianiſ Ca-
 holicis, & literatis ingreſſum ad Religionem. Et
 quare hoc vae lucrimabile, non deſtruetur? quam
 is, à Cymbalo alarum hiſpanorum vociferetur.
 50 Nullam legem factam eſſe, uec à Papa,
 nec à Rege Catholico aduerſantem Indis, &
 Miſtis; immo contrarium, mandatum fuiſſe, à
 Regis Hiſpanis, quibus non debet imputari ali-
 qua culpa, nec levis quæ rimonia ex parte In-
 dorum : ad quod breuiter reſpondetur: verum
 eſſe, ſic ſancitum fuiſſe, à Regibus Catholicis,
 ſpecialiter à Philipo II. ann. 1588. & à Carolo
 II. ſimiliter ann. 1692. 93. & à Philipo V.
 ann.*

anni 1725. præcipientibus Indos, & Mistos,
 xptianos Catholicos, Ex legitimo connubio Na-
 tos Nobiles, & literatos, posse, & debere ad-
 mitti, ad Sacros ordines suscipiendos, suscipique
 ad Professionem Religionum: sed hæc leges ne-
 ciuntur, ad quid factæ fuerint, ? & ex nulla In-
 quisitione, & indagatione, an prædicta manda-
 ta, executioni fuerint posita, & obedita, à suis
 subditis hispanis Proregibus, & Episcopis, at-
 que Prælatiis incuncta America, aut in aliqua
 Provincia Indiarum, Maxima suspicio Machia-
 bellismi exoritur: nam Machiabellus docet, in
 suis heresibus Politicis: leges, & beneficia, quæ
 diriguntur, ad honorem, utilitatem bonumque com-
 mune subditorum. parcissime, exerceri: Plurima,
 etiam à Dominis promitti, verum modicissima,
 perque guttulas tardissimè filatas, vix à subditis
 fugi: è contra vero illa jura ad honorem, lucrum-
 que ipsorum Potentum atinentia, vassallos, autem
 oprimentia, honorem, & libertatem eorum concer-
 nentia, atque destruentia, observari ad unguem,
 quin jota, vel apex prætereat, viribus & posse
 cruetè, crudeliter, & absolutè: sicut in tota A-
 merica specialiter in Peruvio, usque odie prac-
 ticatum est, ab omnibus hispanis, Potentibus,

Pre-

roregibus, Præfulibus, Religiosis, & Theolo-
 is, omni vi, intendentes, ne in lucem prodeant,
 nec sciantur, immo abscondantur, & ignorentur
 ut vniversæ leges in bonum Indorum condi-
 tæ, & sint quasi non essent: quod ad placitum
 hispanorum observatum est, & observatur: er-
 go, *va terra, Cymbalo* alarum scilicet legum,
 & scedularum Regum volantium, ad *Ameri-*
um, & falsa, vt vera proclamantium, simplices
 columbas Indos, iludentium, spè innani eos im-
 olentium; manente tyrannide immuni, & cru-
 deliori? ergo *va terræ*, cui deest Gladius An-
 teps, acutissimusque Petri, non cecans, funi-
 culum huius, *Cymbali* innater vocitantis, non
 dividens, *triplicatum funiculum*, hispanorum,
 Politicorum Cæcularium, Politicorum Clerico-
 rum, & Religiosorum superbientium, in poli-
 ticiis Rationibus status, deficientiumque à sta-
 tu humilitatis! *va terra haic*, si non Canit cum
 Propheta: *evaginavit Manus tua gladium suum:*
interfecit eos manus tua: tu contribulasti Capita
Draconis: & vetus errorabijs.

CAP. X.

CERTUM, ET MAXIMUM REMEDIUM
 proponitur.

M

Va

Va Corona Superbia. Isaia 28. v. 1.

51 **L**oquitur hic Propheta secundum Li-
rani expositionem: contra illos de Reg-
no Israel, per quos signantur in Ecclesia
Sacerdotes, & Clerici per versi, qui Prædicatores
veritatis Pauperes contemnunt, impediunt, & asti-
gunt: talibus ergo Clericis Mystice dicitur hoc v. e
Corona superbia, quæ fuit primo signum humili-
tatis, sed nunc abutuntur ea Clerici Mali, pro sig-
no superbia, & malignitatis: sed quomodo hoc
lamentabile v. e Corona superbia, non applicabitur
Corona superbia, Nationis hispanicæ? ex qua in
America, & peruvio sunt cuncti Clerici Sacer-
dotes, Episcopi, & Religiosi, & Moniales, qui
omnes tamquam Leones rugientes, & corona-
ti, extolluntur supra omnes alios xptianos ho-
mines (non hispanos) habentes coronam Sacer-
dotalem, & Religiosam, quæ, si fuit in Divo
Petro tonsura humilitatis, & impropertij, Sa-
cerdotes, & omnes Ecclesiastici portantes illam
in capitibus suis, pro onoris, & Gloriæ signo
comutaverunt, humiliantes capita sua, & coro-
nam, illam humilitatem vocaverunt, hæc Co-
rona, jam nunc est superbia, quæ abusi hispani-
sib

sibi Solis arrogantes, & superbientes, contem-
nunt alios, & impediunt coronari tonsura Ec-
clesiastica, & Religiosa, affligendo, & contem-
nendo, aliquos Pauperculos, & Paucissimos
Clericos Indos, & Mistos, veluti indignos co-
ronæ Sacerdotalis, se ipsos tantum estimando,
solis ipsis plus iusto tribuendo, statuentes, &
docentes, sanctam Ecclesiam, Sanctos Patres, &
Patriarchas, fundavisse Religiones, & sanxisse,
tantum homines hispanos, & *coloris Albi*, (ve
aiunt) esse idoneos ordinibus sacris, & Reli-
gionibus *ve ergo Corona superbia*. Sed quis me
debitur huic malo superbiæ? nisi Successor illius,
qui fuit coronatus, corona humilitatis, quan-
do, pro Xpto fuit tonsus, faciens deinceps, In-
dos coronari, tonsura, & corona Episcopali,
Sacerdotali, & Religiosa, quod est valde con-
veniens, ut videbitur.

52 Primum, quia unctio capitis ad Epif-
copos pertinens, est quodam exilarans, &
confortans, juxta illud: *unxit te Deus, Deus o-
leo letitiæ psal. 44.* sic ergo ordinatio Episco-
palis, indis Dignis collata, confortans indos,
quodammodo novum spiritum eos indueret,
& Principes facti sacerdotum, idiomate suo
Natu

Naturali suis fratribus evangelisaret, a quibus benevolentissime audiretur, esse namque ex una Patria, Natione, & cognatione, atque vicinitate existit efficax medium adinstruendum, melius, & suavius: Alienigenæ enim, ut extranei parum fidei habent, minorem efficaciam, maximamque suspitionem, ut quisque secredat ipsis, potius quam suis Naturalibus: hoc patet in Samaritana, evangelisante xptum. D. suis Samaritanis, trahenteque ad fidem, multitudinem Samaritanorum, qui videntes, & audientes Ipsum Dominum, facti Discipuli ipsius D. & Prædicatores Salvatoris, dixerunt Mulieri Samaritæ: *Iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est salvator Mundi: igitur indi dicturi sic erant, si aliquem viderent samaritanum, idest Indum Præcursorem, Xpti: dicitur Indus Samaritanus, Respectu hispanorum, nam isti (ut Iudeos tædebat Samaritanorum) tædium habent Indorum; & defacto dicunt Indi instructi, & capaces Misteriorû Xpti, plangētes sic.*

33 *Va Corona per superbos, à nobis ablatæ, cum jam Nos sufficienter eruditi sumus, & habeamus, ex Nobis licet Pauci, plenam suffi-*

cienæ

entiam, ad erudiendos multos: ergo existamus Nos Ministri, & Prædicatores saluatoris Dei ad fratres Nros, docentes eos servare iam S. Legem, quæ jam Nra lex est, in Patria nostra: cur non cantabimus canticum Domini, in terra non aliena? Iam subiecimus colla nostra iugo suavi, legis xptianæ, verum est, quod propter loquælam hispanorum, in principio: sed nunc jam selevit Doctrina, hispanorum, tantum, lucrum quærentium, & licet semper fuerit, sic, Xptus prædicatus Nobis ab hispanis, festinanter, rusticè, superficialiter, & nos audiverimus eos, præoccupati inter labores Maximos, & gravissima onera, jam nunc selevit Doctrina, & mansit mera loquæla hispanica, & Indi sunt in præcipitio, & periculo Maximo perditionis, & Apostasiæ: ex ore hispanorum, audivimus prædicare Xptum Crucifixum, & cum Xpto crucifixi fuimus, per manus hispanorum, sufficienter didiscimus, ex his quæ passus sumus: ergo iam aliquando doceamus Indos fratres nostros, vt hi proficiant alijs fratribus, multum enim movet, amicabile conversatio ad creditum fidei, etiam Mulierum xptianarum, vt D. Petrus ait: *si qui non credunt verbo, per Mulierum*

lierum conversationem. sine verbo lacrisant, quando Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum? usque quo expectabimus fructum serotinum, & foraneum? semper Auditores tantum? numquam repunamus? An Iudeorum tantum Deus? an Xpius tantum hispanorum: non ne & Gentium? non ne, & Indorum? Immo; & Gentium: ergo etiam Xptus est Indorum Deus: quoniam quidem unus est Deus, qui iustificat Indorum novitatem, ex fide: & hispanorum vetustatem per fidem. Novitas, Indorum, (si licet dici novitas xpianitas Recepta, à Retro, ante duobus sæculis, & amplius) in Evangelio æquatur, antiquitati hispanorum; neque ut Novi reputari debent Indi, & tenèri, ut incapaces, Misteriorum fidei, ipsis creditæ, fideliter, atque amanter abeis custodiæ.

§4 Secundò: certè D. Salvator N. poterat, eligere, multo plures, Apostolos, quam Duodecim, qui sua prædicatione reducerent Gentilitatem; sed non sic: Cur quæsumus, in tam plurima Messe, operarij, tam Pauci? non ne videtur D. N. J. Xptus instruere Eccliam suam hac electione Duodecim tantum Appostolorum, seu Episcoporum, Gloriam conversionis

PLANCTUS

91

Gentium non debere tribui, multitudini Mi-
 titum, sed Dexteritati, & omnipotentiae Do-
 mini Mittentis, Nec industrie vnus Nationis
 iudaicae ex qua erant Appostoli, & Discipuli
 Xpti; sed rationi, & iustitiae: deinde, ut Ne-
 cessitas cogeret Sanctos Appostolos ex conuersis
 ad fidem, nutrire, & instruere, quos idoneos
 in venirent, sic que instructos, ex ipsis Natura-
 libus, ordinare levitas, Presbiteros, concecrare
 Episcopos, mittere que eos ad praedicationem E-
 vangelij, quae melius invenitur, inter conatura-
 les, quam inter alienigenas: non que detinere
 homines xptianos per caecula, caeculorum, insu-
 biectione Neophitismi, & incaptivitate, nimis
 indecora hominibus baptisatis, quibus, non
 comunicantur Dona à Xpto D. N. gratis da-
 ta Appostolis suis, vt, etiam gratis darentur: *ius-
 ta illud gratis accepistis, gratis date:* hoc evenit
 Indis, quorum Captiverium honestatur ab his-
 panis, nomine *Gratitudinis*, quam habere de-
 bent erga hispanos, pro eo quod, converterunt
 eos à Gentilitate: verum cognoscatur tiran-
 nis vulpina, vestibus *Esau*, vox que *Iacobi aliud
 Loquentis; & aliud facientis*: nam vere aliud est
 reddere se benevolam Benefactoribus, & aliud
 est

est pati Dominium spoticum, absolutum, & tyrannicum, vt Indi xptiani patiuntur, quod repro-
batur à D. Petro, *nec vt Dominantes in Cleris, sed forma gregis facti, ex animo*: quia Domina-
tio, hispanorum, ad Indos, non est Societas fratrum, cum fratribus, nec hominum, cum hominibus, sed leonum rugientium, semper, & superbientium; semperque volentium superiori-
tatem, & Dominium incuncta animantia terræ: in Ecclesia primitiva, Novi xptiani seruebant Ap-
postolis; vt Discipuli Magistris suis, sed, nihil hominis Ap-
postoli, *laborabant Manibus suis, ad ea, quæ eis, opus erant, & si seruebant xptiani* conuersi, Ap-
postolis vt Patribus suis; tamen: *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una,* hispani autem, Laici, & Clerici; etiam
que Religiosi, ex severissimis Magistris, Indorum, facti sunt, infensissimi Domini; & Reges
coronati, inter Indos, va ergo Corona superbia.

55 Tertio, vt dictum est post Duo cæcula, xptianitatis, Indorum, isti quotidie minorantur, vel ex labore nimio, sine Requite in negotiationibus hispanorum, aut, quia fugiunt ad latibula montium, & redeunt per vitam seluaticam ad Gentilitatem: & quamvis Reges Ca-
tholic

Publici, à principio miserint Sacerdotes, Religiosos Missionarios, qui manuteneant fidem inter Indos xptianos, & convertant, de novo Gentiles, consumendo in hac missione multa millia auri, & argenti, ex thesauris suis, tamen Pauci convertuntur, & Indi consumuntur: & ut quid? non est alia ratio nisi; quia, omnes Missionarij, & Sacerdotes hispani sunt, & sic, sunt Indis cunctis, valde suspecti de inimitia, contra ipsos, & quod primo omnium, ut ab Initio, erecturi sunt aram, ad collocandam statuam, *Dea rationis status Nationis hispanica,* qua, ut est evidens, ex tot millibus Indijs conuersis in duobus sæculis, nec vnus solus, fuit admittus, ad Religiosum statum, *ut ergo Corone superoie.*

6. Nihil ex his contingeret, si Indi haberent nunc, & habuissent, suos Ministros, Sacerdotes, & Episcopos de sua Natione, quod si generaliter invenitur in sacra pagina scriptum, & practicè, fuit sic factum à SS. Apps. *Isai. 41. Dabo in solitudine Sedarum, & spinum, & Myrrinum, & lignum olivæ, ponam in deserto abietem, Olivum, & Buxum, ut sciant, & videant, & cogitent, & intelligant pariter, quia manus*

N

Dni

Dni fecit. hac factus Dni Creavit illud, hoc est, ostendit Glosa, irrigata terra oriuntur arbores. Si fuisset Indis in America, irrigatio Nativa, suorum fontium Naturalium, xpianorum sapientium, & Doctorem, ortæ essent inter Indos, Arbores Misticæ, & Proceræ Miræ Magnitudinis, & Pulcritudinis, quæ pertingerent ad nubes, & ad ipsum Coelum perfectionis, & sanctitatis, plenæ, fructibus frumenti, vini, & olei, scientiæ Doctrinæ, & Charitatis, fortes, & constantes, ad protegendum suos fratres, filios, & oves Xpti, ut suas.

5.7. Si Aqua Doctrinæ, & exempli ex ipsa prodiret, foret impossibile non nasci, Arbores altas, & multas, Magnæ virtutis: aquæ namque venientes, foris, non satis faciant siti; sic in obsidione Betulæ *Holosernes* incidit præcepit aquæ ductum illorum: erant tamen fontes, longe, ex quibus furtim videbantur aurire aquam, ad refocillandum potius quam ad potandum. Iudit. Quamquam, vix ex canali rupta furtim, Bethuliani luxissent, aliquando paululum aquæ, tamen siti peribant, quia non sufficiens erat toti multitudinî Civitatis: sic inter Indos, licet isti xpiani sint, & habeant aquam Doctrinæ in ri-

ulla hispanica, tamen furtim, & fraudulen-
 ter, & per temporalia conducta, quia non ob
 aliud hispani curam animarum habentes, ac-
 cipiunt beneficia Ecclesiastica, tum secularia,
 tum regularia, quam propter lucrum, & ut
 communiter vocant Prælaturas, beneficia, & Pa-
 rochias, *conuenientias*, & negotiationes, ideo:
 Dum Indi non habuerint, de sua Natione, Pas-
 tores Magnos, & Minores, Religiososque Mis-
 sionarios, in vanum laborant hispani, qui non
 quæ Iesu Xpi sunt, sed, quæ sua sunt quærunt,
 & uinam quærerent sua, sed quærunt. & ra-
 tiunt quæ sua non sunt, & quæ, Iesu Xpi, ut
 sua faciant: hispani, distenti inter varias cu-
 ras, & studia vana propriæ utilitatis, festinan-
 ter, sicut Mercenarij, & non Pastores, quasi
 egrefuri breviter, Ditati, per modum transeun-
 tis, videntur prædicare; sed non *argunt*, non *do-*
cent. non *obsecrant*, non *inrepant*, in omni *pacien-*
tia, & *Doctrina*, sed tantum loquuntur, ut *at-*
tonans, & *Cymbalum tintiens*, volans ad aures,
 sonus inefficax vocis, sed ad intima cordis, non
 intrans, ut *verbum Dei uiuum*, & *penetrans*:
 quod totum, certè non contingeret, si elige-
 rentur, ex ipsis Indis, qui probati, Docti in
 yeqi-

venirentur idonei, qui semper, vt fontes man-
 nantes, lacte, & melle, vt Arbores fructiferæ,
 vini, & frumenti virtutum, fuissent Ministri Sa-
 cramentorum, & verbi Dei, vt fuit Romæ, in Ie-
 rusalem, ac tota Europa, & vbi que Gentium,
 quo prædicatum fuit Evangelium, licet Primi
 Sacerdotes, Petrus Papa, & Apostoli Episco-
 pi, & septuaginta Discipuli Presbyteri, fuerint
 Iudei, tamen intrante ad Ecclesiam Gentilitate,
 ex ipsa conversa, assumpti fuerunt Summi
 Sacerdotes, & Presbyteri, & ex ipsa, *ordinata
 fuit. Acies Ecclesiastica, terribilis, vt Castrorum,*
 Id est exercitus Missionariorum, predicantium,
 & concervantium fidem Catholicam in suis Re-
 gionibus nam Prælati, omnesque Sacerdotes,
 esse debent; iusta illud Profeticum, *Dabo ei vi-
 nitores ex eodem loco.* Osee 2 ex eodem loco,
 Populo, Tribu, & natione, quibus Ecclesi consti-
 tat; vt ai Ioann. Apocalip. *omni Tribu, & lin-
 gua, & Populo, & Natione, & fecisti nos Deo
 Nro Regnum, & Sacerdotes,* in America enim vi-
 detur, alia lex, aut aliud testamentum, prædica-
 tu n. Indis, ab hispanis, quorum Natio hispani-
 ca sola, æstimatur, vt Regalis; Sacerdotalis, E-
 piscopalis, Monachalis, Cœlestialis, & Divina:

Indorum vero Natio in suo solo Patrio, *et*
 clofa, & attrita extranea facta est, ab omni onos
 e, Dignitate, & vt flebat Ieremias. *Domus Ara*
versa est, ad alios creditas nostra ad extraneos,
va nobis quia peccavimus. sed va corone superbia.

CAP. XI.

Va Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.

Ezeql. 34. v. 2.

38 **C** Alamitatem deplorabilem, & Maxi-
 mam Populi Dei, ingemiscens Pro-
 pheta, Minatur Pastoribus ejus, ge-
 minans multipliciter, *va, va,* quia Populo, cui
 us Pastores, sunt tales, vt non pascant oves
 suas, sed semetipsos, debetur, multum *va* la-
 mentationis; hoc malum, evenit Populo xptia-
 no Indorum, non habenti Pastores, qui cum
 pascant sed, Pastores, qui se ipsos pascebant,
 sicut in his duobus sæculis factum est: Nam
 sic Indi dicere posunt: *nos autem populus eius,*
 sed non possunt dicere, *& oves Pascae eius,* spe-
 cialiter practica opinione hispanorum, quia
Pascua est Ecclesia, & oves Pascae eius, sunt xptia-

& oves cibari debent de Pascuis, à Pastoribus, & Indi xptiani oves Ecclesiæ, vsque modo non comedunt de pascuis Ecclesiæ, sed potius comeduntur, & devorantur, à Pastoribus: ergo Indi non reputantur, filij Ecclesiæ, nec oves Xpti ab hispanis, & Pastoribus; qui non pavent, nec pascunt Indos, sed solos semetipsos, id est hispanos suæ Nationis: *ergo va Pastoribus Israel; qui se ipsos pascebant, & his Pastoribus hispanis, qui non habent Indos, pro ovibus, gregis sui, sed tantum hispanos! ergo propter hoc debebant, apperiri, alij putei Novi, & institui alteri Pastores, qui per ducerent oves Indos, per Pascua Ecclesiæ, cuius in puteis Indi biberent, aquam salientem, in vitam æternam.*

59 Sed adquid? Numquid Indi non habent aquam hanc? *certè habent, sed tanquam, non habentes:* Olim Isaac, apperuit alios puteos novos gregibus suis; quia iurgia, & rixæ erant, inter Pastores suos, & Palettinos, quamvis putei, veteres sui fuerant, vt pote eruti, & apperti à suo Patre Abraham, tamen erant in Potestate Cananeorum. Sic Indi, licèt habeant puteos aquarum in Pascuis, non habent illos, vt suos, quamvis jurè sint sui, nam emunt, Pascua, puteos,

e aquas Doctrinæ, ab hispanis, Parochis, & Præ-
 alibus, multo sudore, vultus eorum, & infini-
 is laboribus; sed leiuni, & sitientes Indi, ge-
 eraliter pereunt, ignorantes, & rudiores, quia
 omnis Doctrinatio hispanorum, reducitur ad
 reuiter recitandum memoriter, Chatechys-
 num, per modum transeuntis, vt hispanicè di-
 citur: *de cumplimiento*, sine aliqua explicatione,
 & ista Doctrinatio, & non explicatio tantum
 existit, in locis, vbi congregati Plures Indi sunt,
 sed Campestris, Agricola, labotatores mina-
 rum, Pastores, totaliter pereunt, Plurimi, nel-
 scientes, Mysteria fidei, nec noscentes Deum,
 & ita in veniantur in multis Proyincijs Peru-
 vij, Indi sine numero xptiani, & senes, octoge-
 narij, & Nonagenarij, qui raro confessi fue-
 runt peccata sua, & numquam, accepèrunt com-
 munionem factam, quia hispani Parochi, do-
 cuère in America *Indos xptianos non esse capaces*
sumptians Eucaristia propter rusticitatem,
 quam inculpabiliter habent, potius culpa, Pa-
 rochorum. Sic licet habeant aquam suam, præ-
 tio comparatam, non habent peiorifortuna, He-
 breis captivis, à Nabuco, nam tunc, teste Ie-
 gemia, aquam suam prætio bibebant, *aquam nos-*

tram

tiam pretio bibimus. Sed in hac Babilonia, America Indi Naturales, & Domini, illæ regionis, nec aquam suam, bibunt sua pecunia; nec ligna sua, comparant pretio: *Væ Pastoribus & Populo*, cui non sunt Pastores sui sed Alieni!

60 Hic igitur Populus Indorum, segregatus, quia xpianus, perplusquam duo sæcula, ab unione, & cognatione per sanguinitatem, vel affinitatem cum hispanis, reuentibus & execrantibus, indianam cognationem, plusquam iudaismum non habet puteos proprios aquæ Doctrinalis; sed alienos; hispanos; Suis proprijs, tyrannice sibi ablati, jurgijs, Discordijs, rixis, & scandalis ortis, inter hispanos, & Indos ex intestina emulatione illorum: Indi vix sumere quæunt paululum aque, vel aquam turbidam laboriose haustam, non bibunt amore, sed timore lambunt, aut potius, sugunt, non vinum compunctionis; sed confussionis, felle odij insanabilis mixtum: & quia induritam Næquitiam hispanorum contra ipsos, innatam Indi experti sunt, formidolosi semper solent converti ad Gentes suas, Idolatras, quia ad eos, aqua hispanorum pervenit turbida, & male stilata, fessa, perque conductus contractos propinata.

Verum, enim vero, si Indi existerent Pas-
 tores, fratrum suorum, tunc viderentur, *sic*
in deserto aquae, & torrentes in solitudine, & quae
terra arida erat, in stagnum, & sitiens in fontes
equarum, & hoc Propheticum, completum in
 Gentilitate orbis veteris, adhuc deest impleri
 in Novo Orbe, respectu suorum Naturalium,
 quo impleto vaticinio, etiam in Deserto, & in-
 arido, flumina viderentur, & quod ipse Prophe-
 ta: *glorificabit me Bestia agri, Dracones, & stru-*
thiones, quia dedi, in Deserto aquas, & flumina, in
*noio, ut darem Populo meo, electo meo, tunc er-
 go ipsa Natio Indorum, qui ut Dracones, Bes-*
tiæ agri, & struthiones conspiciuntur, despiciun-
turque ab hispanis, conversi essent ad Deum,
 amabiliter attracti, per fratres suos, Indos simi-
 les sibi: Nunc, autem Indi xptiani, in labori-
 bus, & famulatu hispanico occupati, *egentes, an-*
gustati, afflicti, quærunt, & non inveniunt, Pas-
tores, Doctorem Ducem, ac Praeceptorem Gentium,
 in hispanis: & inveniunt, quod non quærunt,
Mercenarium, exactorem, quastorem, & Maeta-
orem: lingua eorum arens siti, acetum potum
 habet: Gentilesque Indi Bestiæ agri, *inveniunt*
idem, ut hamum ab hispanis compositum, ad
 O *capie-*

capiendos ipsos, sicut Bestias agri: tunc vide-
 retur, in Montibus, & Collibus, pax, & iustitia,
 quia humiles Colles Indi, in suis Naturalibus
 Pastoribus; susciperent pacem, & iustitiam, quia
 Pastores, ut Montes protegerent, iustitia suos
 Naturales filios, & fratres: Nunc autem ut S.
 Ildegardis, ad SSum. Eugen. III. *Valles plangunt super Montes, & Montes cadunt, super valles*: quia subditi, qui sunt valles, ut Indi in profundo, abiectionis, & in limorussicitatis, & Barbarismi, plangunt, vociferantes pro *Doctrina iustitia, & pace ad Montes Pralatos, & Episcopos, & hi velut Montes Carnei, aut Gigantes potius* (licet nobis sic loqui ad Pastorem Nostrum, quia nimius dolor in sanitate nos facit) ut Gigantes, & Potentes venatores, (ut Olim Nemrod tyrannus,) *Coram Domino, cadunt super valles Indos humillimos, vexantes, & oprimentes, pluribus, & Maioribus Molestijs, quæstibusque avaritiæ, protegentes suam Nationem hispanicam, contra Indos vero tyrannidem innatam exercentes, Coram Domino, quia Zelum Domini oretenus dissimulantes, Deum non habent in studijs suis, qui nimmo, omnia studia hispanorum, Pastorum, & iudicum, & omnis, Doc-*

trina diriguntur, ad lucra & convenientias sæculi, & ad coacervanda talenta millia auri, & argenti, quibus, ipsi Pastores, Pacentes, ac cognati Ditiorez fiant, *væ ergo Pastoribus.*

62 *Vnde (ait S. Idegr) Tu Maxime Pastor, & post Xptum Nominatè, præbe lumen montibus, & virgam Vallibus: Da præcepta Magistris, & Disciplinam subditis, vt viffa fit pacis Disciplina fuper Indos, Disciplina xpti, cuius libòre, ficut redempti, fic fanati fiant, & Clament verè à Deù, quadriga tua falvatio percuties nos, & fanabis nos;*

CAP. XII

Væ Mibi quia factus fum, ficut qui colligit in auis fum no racemos vindemia: non eft botrus ad comedendum. Micheæ. 7. v. 1.

63 **P**lanctus hic Prophete, figurativè eft Planctus Ecclefiæ Indorum, in America plorantis, *væ mibi Ome Misera Nationem Indicam fidelem ! quæ in tam Maxima vindemia, conversiontionis tantæ multitudinis Nationis meæ fidem Catholicam accipientis, vix colligo, vnum, vel alterum Racemum in autumno, post copiofiffimam mellez, quam*
hifc

hispani, duobus sæculis, & plus collegerunt !
Non est botrus mihi ad comedendum, ex tota vin-
demia Magna, ex tota xpianitate, non est vnus
 Indus, qui sit *Botrus*, Idest Xptus Domini,
 unctus, Episcopus; & Sacerdos Magnus, sed
 tantum, sum colligens, racemos, Paucos, ra-
 ros, & derelictos, Presbyteros simplices, spro-
 tos à cunctis hispanis, qui eos explodunt, vt
 stercora ! Ideo *desideravit anima mea precequo-*
situs, sed non in veni: quia si in sicibus, præco-
quis ait Arius symbolicè, intelliguntur, Primi
 Patriarche, & Sancti Patres, qui Deo, sua pie-
 tate, ac sanctitate gratissimi exiterunt, & quod
 desiderat Propheta est, vt redeat prima, & pri-
 ca Avorum pietas, fides, integritas, sæculum-
 que aureum: hoc, huic Misere Nationi Indo-
 rum non fit, quia Sancti Patriarchæ Domini-
 cus, Franciscus, Augustinus, Petrus Nolascus,
 Ioannes de Deo, Ignatius, Camilus, Francis-
 cus de Paula, & ceteri, quorum Ordines, exis-
 tunt in America, & sunt quasi Hortus, in cam-
 po Ecclesiæ: Religiones suas, (vt aiunt hispa-
 ni) non fundaverunt, vt Indi, intrarent ad ip-
 sas, per professionem solemnem, ad exercitia
 Pietatis, & ad consequendam perfectionem,

PLANCTUS

Duo

ergo mihi &c. sed quia loquimur, de vindemia, & racemis redeamus, ad vitē, & vineam, ex quibus oritur vindemia: certissime omnibus, viti-
 bus Duo, sunt necessaria, vt fructus plures afferat: Dexteritas, scilicet satoris Prudentis, & fertilitas
 agrī, vbi vineæ coluntur: & duo hæc reperiuntur à Deo Promissa, per Oseam: *Dabo è vitatores, ex eodem loco*, qua si dicente: non est opus, vt aliunde vitatores veniant alienigenæ, cum tales similes, optimi, & meliores poterint inueniri in eodem loco Nati, ad cultum vineæ. Dni *Abahot*: præcepim, si accedat huic, fertilitas; vt erat vallis Achor, sub hac igitur Metaphorâ, promissa fuit libertas, Populo Israelitico, à captivitate Ægyptiaca super Alas Omnipotentis Dei, & Possessio vallis Achor, idest, fertilitatis, vbi fontes lactei, & Mellisui vigebant: hæc etiam promissio extenditur ad præsentem Ecclesiam, cui post Xpi Mortem, Deus promissit, perducturus eam, ad Desertum Gentilitatis, in qua, signa manifesta, huius veritatis, & certissima veritas, huius promissionis conspicienda erant, ab Ecclesia, plena maximis, & fertilissimis fructibus, tantorum cœlestium granorum, & dulcedine, vini, frumenti, & olei: que Ec-
 clesia

clesia super plena, & abundans vocat, & invi-
tat filios suos charissimos inquires: *Comedito*
Amici, & inebriamini Charissimi sed.

64. O Deus! quæ æquitatis ratio, aut quæ
justitiæ æquitas expulit, in America cunctos In-
dos xptianos, & ab Indis oriundos, per duo
sæcula in fide probatos, idoneos, & literis im-
butos à cultura suarum Naturalium vinearum,
& a vindemijs fructum suorum? quare exulant
Indi, & Misti Catholici ab ordinibus Ecclesiæ,
cuius filij sunt? nonne hoc est invidere illis fu-
turam Messem copiosissimam, quam haberent,
si illi fuissent Agricolaæ spirituales Episcopi, Pres-
byteri, Religiosi? hoc non est hispanos Reluc-
tari fecunditati fidei, & conversioni Infidelium?
præcludereque viam ad Ecclesiam introeundi,
ocationem que præbere Indis, ad perpetuum
Planctum, non valentibus canere *iuxta Dis-*
juventutis suæ? quando ergo Cantabunt Deo
gloriosè in terra sua? qui duobus sæculis in sua
Regione, vt Alienigenæ flentes, neque serunt,
neque rigant, neque metunt, sibi; sed, tantum
hispanis, arant, & portant manipulos, ploratus,
in laboribus lucrativis, Mercatorum Iudicium
hispanorum? Colligunt certè sibi ipsis Indi,

anipulos spinarum, & injurijs plenissimos, qui
 principio, & pueritia juventutis, & conver-
 sionis sue, quando illerum Gentilitas, egressa
 est à servitute Pharaonis, capere debuerat fruc-
 tus suos, & cantatura erat Canticum novum
 exultationis, quando ingresura erat ad veam
 libertatem, tunc heu Bone Deus! tunc Indi
 contraxere novam, & inauditam captivitatem!
 remota à saculo, Nulla Gens, existens sub Cœ-
 lorum experta est! Nam, quis audivit: *homines xpiani*
in terra, quia xpiani sunt in sua Patria, haberi pro-
straneis, ab alijs Catholicis Alienigenis? Nisi A-
merica Occidua! quando ergo hoc occidens,
videbit orientem ex alto illuminare sedentibus
in tenebris? quando audientur Indi Catholici
in extremis terris suis laudare Deum, in tym-
pano, & Choro Ecclesiarum, inter Canonicos,
& Religiosos, habiti sicut homines filij Adami,
& Nati Ecclesie, & non Alienigenæ sed fide-
les Xpi?

5 Verum, enim vero, quamvis Natio Indi-
 a fuisset Advena in Ecclesia, ad Advenam di-
 citur Deus: & non dicat *filius Advena, qui ad-*
erit Domino; separatione dividet me Dominus
Populo suo. Isai. 56. Absit, ut hoc dicat; quia
 omnis

omnis Gentilitas, quæ ab Ecclesia Advena fuerat, intrans per portam baptismi, ad eam introducta, & admilla fuit ad omnia officia, exercitia, Dignitates, & gradus Ecclesiæ servatis Canonibus Sacris, hoc, etiam iteratur, à Deo per eundem Prophetam, *flij Advena, qui adherent Domino, ut Colant, & diligant nomen eius, letificabo eos in Domo orationis mea, olocusta, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, quia Domus mea Domus orationis uocabitur cunctis Gentibus: ergo non debent formidare Alienigenæ, & Recentiores xpiani, qui paulo ante intraverunt ad Ecclesiam, timentes esse expellendos ab Ecclesia: per me dicit Dominus, confidant in me, recipiam eos ad Ministeria Domus meæ: honorificabo eos: sacris ordinibus, ut sacrificent mihi in mea Ecclesia, januæ Domus meæ appertæ, & patefactæ existunt cunctis hominibus xpianis idoneis, qui admittentur, ad omnes estimationis, & honoris gradus. Super hoc, igitur: & in primis consistemur sincère, quod licet apud Deum non sit differentia vlla, aliquaque consideratio ad instar nostræ capacitatis, & intelligentiæ modum, Deus enim omnia, quæ voluit fecit, & est, cuius voluntas potentia,*

*Et nemo potest illi dicere, quere hoc fecisti? nihil
 in omnia vniverſa diſpoſuit ſuaviter, & fortiter,
 numero, pondere, & menſura docens nos pru-
 dentiam, juſtitiam, & equitatē: hoc ſuſoſito ſic.*

56 Non eſt credibile vilancem Divinæ æqui-
 tatis, admittere Alienigenas ad Eccleſiæ ſuæ
 mynifteria, atque ad arcana ſuæ Magnitudinis;
 Indigenas autem, & Naturales, non admittere
 ad illa: ergo ſi non excluſit Alienigenas, & Ad-
 venas, magis, meliusque credendum eſt Deum,
 velle indigenas, & Naturales admitti, ad
 obtinendos in Eccleſia ſua honores, & Dignita-
 tes: qua igitur ratione, qua æquitate, qua
 juſtitie pondere Indi xptiani Catholici; poſt
 Duo ſecula, in ſua Patria, & ſolo Natali repu-
 tandi ſunt, extranei, Advenæ, & Perègrini, ex-
 cluſi in Eccleſia xpti, ab omnibus mynifterijs,
 & honoribus, & Religionibus, de quibus Divi-
 na Pietas, non excluſit eos? dummodo non
 demerentur ſuis perſonalibus peccatis, quibus
 poſita eſt irregularitatis pœna?

66. Teſte Philoſopho non eſt injuria, & ina-
 juſtitia maior, quam aliquem Civem privilegij
 Civilitatis defraudare; vt ſcilicet talis, non re-
 putetur Civis in onoribus, & cæteris: *ſtoia*

*nulle redefiniri potest, quam quod non sit Iudaeij,
 & Imperij particeps. 3. Polit. cap. 2. atqui, non
 admittere Indos xptianoss ad Ministeria Eccle-
 siae, & Civilitatis xptianae, est Maxima injuria:
 eos afflicere, vti non Cives, & Domesticos Dei,
 constituere que illos deterioris conditionis, quã
 Advenas, & Peregrinos, quibus Deus promittit,
 non esse judicandos, vt extraneos, & Alienigen-
 nas : ergo injustum est excludere in discrimi-
 natim vniverfos Indos xptianos, cum multi ex
 illis inveniantur Boni, & Probat, Nobilitate
 intignes, & Digni ad Dignitates, vt *Homerus ait
 sed vbi, Id occultum est, ex deceptione abitatorum,
 tamquam in onoratum quemdam repellunt, & Idem
 Aristol. ibid. Vt Inquilinus, & Advena est, qui
 honores capere non potest. Sed si hoc in politica
 Ethnica hebetur, vt absurdum, & detestabile:
 in politica xptiana, & Ecclesiastica distributio-
 ne, vbi ratio, justitia, & veritas, perpetuò, so-
 ciatæ esse debent, quod nomen dabimus, ratio-
 ni istius Politicæ? Nisi Machi abellissimum. Nisi ty-
 rannidem, hoc totum Rex Psaltes cecinit dicen-
 do. Gloriosa Dicta sunt de te Civitas Dei : Me-
 mor ero Rahab, & Babilonis scientium me : ecce
 Alioigena, & tyrus, & Populus Aethiopum hisue-
 runt.**

unt. illic. Ps. 86. Videatur iam apud Deum non
 esse pudorem Indorum, neque eorum Deum
 cadere, quia Rahab Gentilis Alienigena, Babi-
 lon Ethnica, Tyri Idolatræ, Ætiopes Barbari
 cruciantes eum, succipiuntur, & habent locum: er-
 go confiteri tenemur Ecclesiam amplexare, om-
 nes Nationes, etiam Barbaras, (dummodo xp̄i
 fidei sint) ad suas Dignitates, onores, & Mynis-
 teria, solaque Hæresi, & scismate fidei exclu-
 di Gentiles, Hæreticos, Iudeosque Pertinaces,
 non autem filios suos Catholicos, suis iurisoni-
 bus obedientes, ut sunt hodie sancti Iudi xp̄i
 iani, & Misti, qui vere hunc plangunt: pu-
 illi absque Patre *ve Nobis.*

CAP. XIII.

CONFIRMATIO PRÆDICTORUM AD
 Remedium Indorum.

*ve Nobis, quia declinavit Dies, quia longiores
 facta sunt Umbrae vesperi. Jerem. 6.*

7 **S**icut enim desideria dilata crescunt, ita
 crescunt Gemitus, lamentationum In-
 dorum, Dum isti vident transire Dies,
 Maioresque cadere altis, de montibus umbras,
 quo,

quotidieque, ab eis declinare consolationem, ad eos autem à proximate longiores umbras, dolorum, & laborum: geminant luctum: *oæ nobis*, numquam illulcescet Dies letitiæ, semper per tenebras, transibimus! sicque Die, ac Nocte laborantes, nihil gaudij recipiemus? *oæ Nobis*, proterea, non cesant à suo clamore dicentes.

68 Hoc Negotium tan grave, tantæque, utilitatis esse Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, eius, que in terris visibilis Capitis, quod præter illud, non viadeatur aliud esse maiotis ponderis; Magni, namque inter est, ad redemptionem Indorum, & ad lucrum sanguinis redemptoris, & ut redemptio proficiat Indis sufficienter, & efficaciter, praticare inter Indos, quod in ceteris Nationibus, Idolatris, factum fuit, quando conversæ fuerunt ad fidem, quibus mox Dies consolationis, & honoris illuxit, & à quibus umbræ inonorationis, & veræcundiæ abscesserunt, ut pote ipsæ exeuntes de umbra, & tenebris Mortis æternæ, apropinquaverè, *ad lumen, revelationem, & Gloriam Plebis, & Populi Dei*, inquem ut Diem splendidum credentes, sanati fuerunt à cecitate erroris Gentilicij: inde afferre debent.

us omne, quod concentaneum fuerit, ad cog-
noscentiam hanc veritatem, & iustitiam: quæ
constitit, in hoc: quod dari debent Indis xpia-
nis; & Indis haduc non xpianis, Presbyteri,
Episcopi, Ministri, & Prædicatores Indi Natu-
rales, & qui ex illis originem habent vt sunt
Misti.

69 Audiatur colloquiū inter Sponsū Xptm,
& Sponsam Adultam Ecclesiam, conferendo
inter se, & quasi consulendo de salute suæ Par-
vulæ Sororis, Gentilitatis teneræ, recentèrque
conversæ: inquit ergo Sponsus: *Soror Nostra
Parvula est, & ubera non habet: quid faciemus
Sorori Nostræ indie, quo alloquenda est? Si murus
est, ædificemus super eum, propugnacula argentea:
si ostium est? compingamus illud tabulis cedrinis.*
Hæc Sororum Distinctio indubitanter plurali-
tatem Sponsarum ostendit: Nomen Sponsæ dul-
ce est, & amatoriū, & multipliciter datur, huic,
vel alteri ex Sponsis, significatque hanc, & il-
lam, & multas Ecclesias, vel congregationes
vnius Ecclesiæ, sparsas per univèrsam orbem:
sed nunc Xptus Sponsus inducitur loquens, cū
vxoꝛe sua *Ecclesia Romana, Sponsa Imperatrice,*
atque *Domina Seniore aliarum Ecclesiarum,*
qua-

quarum cura, & sollicitudo ipsi soli incumbit, ad
 unam Petri Sedem univērsalis Ecclesie Cura: Hiero-
 nim. Ep. 82. inveniuntur ergo metaphorice
 multæ differentiæ Sponsarum, idest Ecclesiarum
 iuxta illud. *Sexaginta sunt Regina, octoginta Con-
 cubina, & adolescentularum non est numerus: una
 est columba mea, & inter quas una est Prima, Ro-
 mana Ecclesia Domina.* inter alias, cui loquens,
 non ignorans, sed quasi Docens Sponsus, quid
 velit ipse facere circa salutem Sororis suæ Par-
 vulæ carentis vberibus, ad nutriendos filios tri-
 buit Sponsæ suæ *Romane Ecclesie* Normam au-
 gendi, & Magnificandi suam Sororem parvulam
 à Gentilitate deductam dicens. *Si murus est,
 &c. Si ostium est &c.* quia hæc Duo sunt maxi-
 mē necessaria, ad cecumtatem cuiusvis Civitatis
Murus, & Ostium. Muri, in Catholica Ecclesia,
 sunt viri Magni, grandisque sanctitatis, & for-
 titudinis, quibus resistent conatibus inimico-
 rum Civitatis Dei, juxta Poeticum illud: *hic Mu-
 rus Aneus esto, nil conscire sibi, nulla pallescere
 culpa.* Ostium significat illos, qui minore virtute,
 aut perfectione vivunt, & aliquando apperiant
 ostium Adversarijs suis, animas eorum pertur-
 bantibus: ergo Sponsus Divinus inquit suæ vxori
 Senio,

Seniori Romanæ Ecclesiæ debenti dirigere, & procurare Conversionem Gentilitatis, & perfectionem xpianitatis: In Parvula Ecclesia Sorore tua incipiente haduc, & juvenè, & sine verberibus Doctrinæ; fac turres ædificari Magnas, id est Episcopos, Presbyteros, & Magistros, ex ipsis xpianis Neophitis exquisitos fortes, & constantes, tanquam Muros, qui inexpugnabiliter, se opponant invasionibus errorum, Parati, ad (pro defendenda fide) morieundum, qui pro ipsa fide non deferenda, vt turres superiores concervent alios fratres suos, in pace, exercentes eos in Militia Xpti. qui, vt *propugnacula argentea*, splendore Doctrinæ, & nitore vitæ, manuteneant Ovile Xpti, vt Pastores: Eos autem, qui sunt *Ostium*, fac compingere, id est fac honorare illos prosequendo benevolentia, non afficiendo eos ignominia, nec exprobrando illis Gentilitatem, iam ab ipsis desertam, qui sic honorati, picturis, seu verbis politicis, Civilitatis, & urbanitatis decore, erunt Ostium Magnum, & evidens, per quod intrabunt, Alij Gentiles, qui adhuc nolunt intrare ad Ecclesiam, timore amittendi, honores, & quomoda, quæ in sua Gentilitate habent propter fidem Xpti: & hæc Pictu.

Pictura, est Maximi Prætij, & ponderis apud Gentiles, & debet esse, ipsi Ecclesiæ, & cunctis xptianis, quia in hac Pictura: *Charitas, & unio signantur, ait Glosa compingamus, conjugamus, consolidemus, & ornemus, glutino charitatis, tabulis Cedrinis Cedri enim Odor fugat serpentes, & odor Charitatis Discordiam, quo virtutibus inè, vel glutino compacti, qui sunt Ostium, aperientes viscera Misericordiæ, suscipiunt, venientes de Gentilismo, ad baptismum, ut etiam hi, qui venerunt, noviter, suo tempore sint Murus, & Ostium, turres, & propugnacula: ipse dixit, & facta sunt: fecit Ecclesia Senior, sicut Sponsus iussit, & Adjuta Junior Ecclesia, calore, & favore Sororis Maioris, crevit in tantum, quod dicat fiducialiter: ego murus, & vbera mea sicut turris, nam fortis, ut Murus pugno, & resisto, & quæ sine vberibus, vbera jam habeo; id est, Episcopos, Presbyteros Magistros, & Prædicatores: quorum Doctrinæ splendore, constantia zelo, & puritate defendo, alios qui sunt, lanceæ per quas intraturi sunt, qui conversi fuerint.*

70 Hoc factum in ortu, infantia, Pueritia, juventute, virilitate, & senectute Ecclesiæ, Gentilitatis, in Roma, & toto orbe; ubi Xpi fides prædi-

radicata fuit, plangitur ab Indis non factum,
 & postulatur fueri in America, & tolli *Abyssum*
Abyssum invocantem, Abusumque in Damnum
 nominarum: Hispani, ab initio, *erraverunt*, locu-
 si sunt *falsa* non fide, quam semper ore tenus
 habuere, & habent, & prædicaverant, (exceptis
 uel sanctis Turitio, Francisco Solano, Ludo-
 uico Bertrando, & alijs Pijis uiris, non Pluribus,
 qui jam, ut scintillæ disparuerunt) cuncti his-
 pani, habuerunt ad Indos, habentque modo uer-
 ba falsa, & plena doli, sub nomine simulato fi-
 dei. Nunc ergo, quando cognocitur malum,
 cur non tolletur, & auferretur uetus errore? &
 ut sequatur sanitas, cur non stabilietur ordo
 Antiquus, & Apostolicus tam in xpianis
 Indis Antiquis, (quam in illis, qui deinceps, con-
 uertentur, ut crescat fides Charitati iuncta, &
 magis xpianitas augeatur? Certè Deus, Dives,
 & Potens, dans normam, adjuuabit, ut fiat. Hic
 ordo dispositus à Deo, & per D. Petrum, cæ-
 terosque Apostolos Xpi Dni, atque Romanos
 Antistites, practicus defuit huic Iuniori, &
 Nouissimæ Ecclesiæ Indorum, ergo opere com-
 pleatur, nam: *Deus, qui de Lapidibus, potest*
facere filios abrahe, fortes, & validos, ex litis
 Q lapidis

lapidibus Indis politis Malleo, laborum ingenium per duo sæcula, constituet, filios Ecclesiæ, qui sint Principes fratrum suorum super omnem terram istam Americanam, vbi indubitanter aseritur quòd, *Donec, non fiant ex Indis xptianis, Propugnacula, turres, & Offiis hoc est Episcopi, Presbyteri Parochi, Religiosi, & Montales, qui. vt omnes xptiani totius Ecclesiæ, respectiue, obtineant cunctas Dignitates, gradus, & honores; non dabitur finis Gentilitati, & Idolatriæ, nec hispani, nec Indi fruuntur pace. Xpti, bona conscientia, corde perfecto, animo volenti, & vniti in Charitate. sicut Iunior Sponsa inquit, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem repertens; quia ex puncto, quòd fuerunt admissi ad fidem per lavacrum Xpti, non est munus, Ecclesiasticum, cuius non capaces sint, Ideoque iustissima quærela plangunt lacrimabiliter, & postulant instanter, vt instruantur, & iohstructi sic, constituentur, nam forsàn, (vt David) fortiter dimicabunt, cum ipso Goliath Bellatore, Deus enim, qui laudem suam perfecit, ex ore infantiam, vt destrueret vltimum, inimicum non de erit istis Parvulis, & humilibus tuis: sic explicat, hoc, intelligens de xptianis Primitiuis, Paulus Burgésis, (qui & ipse*

Nec

Neophitus fuit Conversus, cum filio suo Alfonso, de Iudaismo, Archiepiscopus extitit, & Magnus Chancellarius Castellæ Regni) Primitivi xptiani adepti sunt, onorem, & & Gloriam in Ecclesia, quamvis, noviter Baptisati, & dato, quod Indi essent post duo sæcula xptianitatis, Neophiti quod, utique non sunt) & fuissent in fide parvuli, & Pigmæi, de his Ezéq? magnificans Xpti. potentiam, ait: *Sed Pigmæi, qui erant in turribus, phartras suas suspenderunt in turribus suis, per girum, ipsi compleverunt pulchritudinem suam.* Nam Parvuli humiles; ut Pigmæi Indi, spiritu, & corde pauperes, debent ascendere turres jam xptiani, & instructi, & phartras Prædicationis Evangelicæ, fratribus suis evangelizare, sicut olim fuit in Gentilitate tota Imperij Romani, ideo: *Oblati fuerunt Xpto Parvuli: ut manus eis imponeret,* dans Parvulis potestatem, Revelansque eis sua Mysteria abscondita sapientibus, & Prudentibus facult, & patefacta Parvulis, & humilibus, & hi sunt Indi plorantes die, ac nocte, vna voce dicentes *oe: Nobis quia declinavit Dies.*

CAP. XIII.

Va. Desiderantibus Diem Domini! Ad quid eam vobis? Dies Domini ista tenebra, & non lux.

Amos 5. v. 18.

SI Indi diffiderent, de justitia, Misericordia, & Benignitate Sanctissimæ Romanæ Sedis, nequaquam clamarent, hoc *va* deplorabili; sed quia freti sunt in ea, plangunt, narrantes, insultationes, & irrisiones, quibus hispani Adversarij sui, eos indant, dicentes eis: *va desiderantibus, Diem Domini*, quasi diceret: (juxta explicationem Lyrani in Glossa qui ait: hoc loco Propheta arguit illusores, qui reputabant frivola dicta Prophetarum, & promissa Indeis, & de Divina futura punitione, & irridendo dicebant, illud Jeremia 17. ubi est verbum Domini? *veniat: ironice non credentes justitiam Dei futuram: veniat Dies illa*, insultabāt ad in vicem sperantes in Dno, & interrogabāt, *ad quid eam vobis?* in vanum desideratis eā Diem vobis, quia numquam Dies illa Domini quam expectatis adveniet: nā *Dies illa, tenebra sunt, & non lux*, numquam in

venie

venietis lucem, semper habebitis tenebras; quia
hæ longiores; illa autem declinavit. Hispani igitur
suo modo dicunt Indis desiderantibus, Diem
Redemptionis suæ; *ut vobis* numquam videbi-
tis illum Diem illucescere vobis, quia nimis lon-
gum est iter ad Romam, ubi desideratis, vide-
re Diem Domini, non videbitis eum, ideoque
non gaudebitis: nam licet oculus Domini Sum-
mus Sacerdos, videat calamitatem vestram, &
ut Dies splendidus, oriens Romæ, Inde spargat
lucem, & Radios suos, super vos versus occide-
tem; hæc lux non illuminabit Indis sedentibus
in tenebris, quia quæcumque jura, leges, jul-
tiones Bullæ Diplomata Romani Antistitis, de-
tinentur, & detenta erunt, & impedientur, ut
impedita fuerant, usquemodo illa, quæ exami-
nantur, in Concilio Regio hispanico, de sub-
reptione, & obreptione, & certissimè omnia,
jura, & Mandata, quæ respexerint diminuerè,
suam spoticam Dominationem, absolutam, &
tyrannicam super Indos, & intenderint, illos
miceros xpianos captivos, in sua Patria libe-
rare, aut allevare, sunt obreptitia, subreptitia,
& salutibus obtenta: & ad minus dicturi erunt
non convenire, *si dicentes bonum patis, quæ non*
est

est alia, quam pax peccatorum, tyrannifantium
 Pauperes cunctos Indos, quorum captivitas, est
 pax, lucrum, & bonum hispanorum in America,
 & Peruvio: ergo sic manebunt, Indi occisi in
 Occidente, & Peruntini, peribunt in Peruvio?
ut tandem vobis Indis desideratibus illam Diem
 Domini, numquam venturam, non erit lux, vo-
 bis lux, sed longiores tenebræ.

72 Hæc suo modo hispani cogitant in tuto
 tyrannidis, dire suæ positi nescientes Sacramēta
 Dei, neque sperantes, mercedem iustitiæ, quasi
 Deus non sit Creator Indorum, ad imaginem
 similitudinis suæ, nec cura sit apud eum de In-
 dis cui est cura deminutissimis, & humillimis
 vermibus, ut sunt Indi opinione hispanorum,
 Ideo non erit temeritas, dicere, quodammodo
 inveniri inter Indos, practicas octo Beatitu-
 dines, propter eorum innatam Mansuetudinem
 humilitatem, Paupertatem, rerum mundanarū
 contemptum, continuam lacrimarum effusionē,
 Devotionem cum Sanctis, & Templis Dei, libe-
 ralitates, cum egenis, injustitias, dolos, conta-
 lias, & injurias, quas ab Initio, vsque nunc pas-
 si sunt, tanta cum Patientia, ex quibus nullam
 ultionem sunt solliciti, nisi solum, ad Deum cla-
 mare

mare cordibus suis, vel fugere ad Montes; dan-
 tes locum iræ hispanorum, sed periculo ani-
 marum suarum, propter carentiam Doctrinæ.
 Nullus dubitabit de hac veritate, circa virtu-
 tes Indorum, si legant illam magnificam illotū
 audem, quam profert D. Bartholom. Casas,
 ep. 8, dicens: *aprovechar tanto cada dia, quan-
 to Nación en el Mundo se ballò despues de subidos
 los Apostoles al Cielo, y oy se ballarà*: ex quo
 verisimè inferitur, numquam inventas fuisse
 Gentes melius præparatas ad Evangelium, quã
 Indos, ut manet dictum; in testamento illius Mi-
 tris Nobilis hispani, xptiane morientis cap. 2.
 & nunc probati per duo sæcula, non invenien-
 tur vlli homines, xptiani melius dispositi quam
 Indi; ad ingressum honõrum, & onerum Ec-
 clesiæ. Nam si olim in Neophitismo, tantum
 proficiebant, quantum, vumquam maior Pro-
 fectus fuerat visus: hodie post tentationem, &
 probationem duorum sæculorum per omnia, tot
 laboribus, erumnis, flagellis, & percutionibus
 persequentium hispanorum, non deseruerunt
 fidem, & perseverant vsque ad mortem in ipsa,
 quæ maior fides inveniri poterit hac Indorum
 fide? ergo Indi intrare debebunt ad Myniste-
 ria

via Ecclesiæ, & ad Religiosam professionem in
 Claustris; sicut olim intraverè Nuper conversi,
 vt D. Timotheus, ad Ecclesiam Ephesi, ad eam-
 dem D. Onesimus D. Titus, Episcopus Creten-
 sis, D. Dionicius Areopagita, SS. Clemens, Li-
 nus, Cletus, Publius, & alij multi, inter quos
 hispaniæ, ex ellit Consecrario alterius Dionisij,
 (qui antea Zozimus) facta à S. Narciso Episcopo
 Gerunde, in Episcopum, nono mense à
 conversione. S. Martinus Turonensis Episcopus.
 XVIII. etatis anno erat Cathecumenus: & sic
 per oia secula Ecclesiæ; in seculo XIII. inve-
 nitur Paulus Burgensis, jam Memoratus, ex Iu-
 deo xptianus, & Archiepiscopus, filius eius, D.
 Alfonso, pariter Doctòr & Decanus Ecclesiæ
 Compostellæ, hoc fuit omni tempore in toto
 orbe, vbi Xpti fides de novo fuit prædicata,
 ipsi Neophiti si idonei fuerunt, asumebantur,
 ad sacros ordines etiam ad Summi Pontificatus
 Romani apicem: exeptis America, & partibus
 illis, vbi Natio hispanica, & vasallijs Regis Cas-
 tellæ, fidem prædicaverunt, his vltimis sæculis,
 & peculiariter in America, in qua *vt stagnum*
facta est Ecclesia pro solis hispanis, quibus tan-
 tum conferentur Dignitates, Episcopatus, Ca-
 noni

nonicatus, Religiones, virorum, & Mulierum,
 73 Nuper presentibus annis, referunt, veri-
 dicæ, Relationes ab Europa transmissæ, in Mis-
 sionibus RR. PP. Minorum Capucinatorum, in
 Magno Regno Tartariæ, seu *Magni Tibet* pro-
 missum esse à Romana Curia, quòd si Magnus
 Sacerdos illius Gentilitatis, qui *Lamma* dicitur,
 suscipiens fidem baptizetur, fieret, & crearetur,
 Metropolitanus, & Primas, seu Patriarcha suæ
 Nationis: ergo licet sint Novi xptiani, & Parvu-
 li, teneri etiam in fide, Indi, tamen iudati virtute
 spiritus Dei, esse poterunt idonei Xptj Ministri,
cuius gratia nescit tarda molimina : propterea
 que, non esse opus præcile hoc tempore, ire
 ad hispaniam causa querendi, nec ab illa venire
 sufficientiam ad instructionem Regionum Ame-
 ricanarum, & Peruvij? quia *velociter currit ser-
 mo ejus, & verbum Dei non est alligatum, oni so-
 li Nationi, & Personæ, & tempori* (excepta Per-
 sona SSmi. Summi Romani Præsulis) quia sermo
 Dei breviter concipiens, festinè parit, plenaque
 verba habet, ad Plurium filiorum nutrimen-
 tum, vt inter Indosimpleatur illud David. *Ora-
 culum. Deum esse, qui habitare facit sterilem in
 Domino Matrem filiorum letantem*: ergo si taliter
 B potest

potest fieri Catholicè, & sine periculo, in Gentilitate noviter conversa, potiori titulo, faciendum erit, in hominibus xpianis, qui apud quos duobus sæculis Gentilitatem relquerunt, & istunt Indi: Maximè cum experientia doceat ex non praticando hoc, differri conversionem Cæterorum Gentilium: ergo probabiliter, timeri debet, ex manutentione tenaci, talis praxis, damnatio lacrimabilis maioris Partis, Nationis hispanicæ tyrannifantis in humanè totam Nationem Indicam, quæ non habens, de sua Progenie sapientes Medicos, Proprios Episcopos, Magistros, Lugens clamat in se completum illud *de* Prophet. Isai. 1. *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. &c. va ergo si non in ventum Diem, quem querunt desiderantibus Diem Domini.*

CAP. XV.

In omnibus Plateis erit Planctus, & in cunctis qui foris sunt dicitur va, va. Am. 5. v. 16.

74 **H**ÆC vox Gementis, & Plangentis stragem Maximam, Geminato va, cuius potest esse in hoc Planctu? Ni

Indorum? & hic Planctus in cunctis Plateis
 Civitatum, & foris in montibus, vicis, pagis Cas-
 cellis, in propria terra manentium, & in suo
 Captivorum, ex quorum oculis, ex quorum cor-
 de ploratus, & Genitus, erit hic: Nisi Naturaliū
 occisorum, in occidente? quia non habent co-
 solatorem, circa illos suæ Propriæ Nationis, &
 cognationis.

75 Benevolentia Dei hominibus nimis Pro-
 ficua, & Provida, ordinavit homines habere, ad
 manus omnia illa, ipsismet favorabilia, ne mul-
 tum laborarent, illis Rebus, quærendis, quæ
 opus essent eis: sic in medio Paradyssi, *coloca-
 vit lignum vite*, ut homo Primus, & filij ejus,
 manum mitterent ad fructus ligni, quod (Pro-
 hoParente non peccante) vitam humanam
 perpetuaret, huic Arbori alludens, in Apocalip.
 22. v. 2. dicit: *Ex Trono Dei fluens Magnum
 flumen, & ad utrumque litus fluminis, esse Ar-
 bores, fructibus vitæ refertas, ne homines, co-
 gerentur transire, cumque magno labore illis
 acquiritur: ex una que parte fluminis, lignum
 vite offerens fructus Duodecim, per Menses sin-
 gulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sa-
 nitatem. Labor Nullus erat ex illis fructibus, vel
 centi.*

centibus, quàm porrigere manus, ad illa folia
 & poma ligni vivifici, Ezeql. 47. fit Memor
 huius, ligni: *Camque me conversissim, ecce in R*
pa torrentis, ligna multa Nimis ex utraque part
 hoc totum figurativè intelligitur de S. Eccle
 sia Paradyso illius ligni vitalis, vbi situs est flu
 vius, & fluminis impetus, ad vtrumque latus l
 zificans, Rigatione, & fructibus *Civitatem De*
 Ecclesiam ipsam: hoc ordine Deus Iussit Moy
 vt hinc, & illinc fluminis Jordanis, *signarentur*
Urbes refugij, tres erant trans Jordanem, & tr
in terra Canaan, tam filij Israel, quam Adveni
ut confugiant ad eas. Deut 10. 2. Etiam addidit
 itinera fieri, viasque sterni diligenter. *Et in tr*
aquales partes totam terra sua. Provinciam divi
des, ut habeant, è vicino, qui propter homicidium
Profugus est, quo possit evadere. Dignissima (sunt)
 notatu sequentia: *Mandatum hoc, quod ego pr*
oipio tibi, non suprate est, nec procul positum, n
in caelo situm, ut possis dicere, quis Nostrum val
in Coelum ascendere, ut defferat illud ad nos,
audiamus, & opere compleamus, nec transmare p
situm, ut causeris, & dicas, quis ex Nobis poterit
transfretare mare, & illud ad nos usque defferre
ut possimus, audire, & facere, quod preceptum e

de juxta te est sermo, valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.

6. Ecce ergo, expellitur omnis excusatio hominum, ad faciendam Dei voluntatem, nam in cordibus nostris colocavit legē suam. Apposuit etiam monet, homines habere per fidem scriptum in cordibus suis, & ore suo, ut non se excusare possint. Ideo non implenda Dei voluntate; propterea ea Euseb. lib. 1. Cap. 5. ait: Existisse congruam, & necessariam mortificationem, & abolitionem legis veteris, intrante Evangelio: quia perdifficile erat, in Ierosolimis tantum sacrificare, in unico solo templo, & ab unus Nationis Sacerdotibus libamina offerri, Sicut Deus ait: *ab ortu Solis, usque ad Ocasum: magnum est nomen meum in Gentibus: dicit Dominus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia Magnum est nomen meum in Gentibus.* Mich. 1. & Sophon. 2. & adorabunt eum de loco suo omnes Insula Gentium, Deus vult adorari omni loco quia omnes vult salvos fieri, non vult certē homines exire de suis Populo, aut Civitate, vel Regione (peregrinibus, filijs Parentibus, aut vxoribus suis) acquirere eum: hoc Bonum Nuntium dixit Sa-

maritanæ, quòd nec in Monte, nec in Ierusa-
 lem tantum adorabitur Deus, sed veri Adorato-
 res adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate, no-
 lens Deus Noster hominibus jugum grave im-
 ponere, ad querendam etiam suam salvationem,
 Ipse namque vbique est, vbique, queritur, &
 vbique in venit, vt pote Pius, & Misericors,
 cuius voluntatis non est tuos agravari, nec ad
 temporalia, nec spiritualia quærenda, Ideo amo-
 vit omnia illa impedimenta, quæ contingere
 poterant, exeuntibus, & venientibus de locis,
 & villis aut Civitatibus remotioribus : etiam, vt
 non indigerent fideles sui querendi, & interro-
 pandi Iudices iussit Moyse Deut. 10. *Iudices, &*
Magistratus, constitues in omnibus portis tuis, nam
 tempus in vanum consumerent, vagando, &
 circumeundo per loca : ad hoc per Salomo-
 nem disposuit : *Mara Aneum,* super duodecim
 bobes, quorum facies respiciebant ad quatuor
 partes Mundi : Meridiem, Septentrionem, ori-
 entem, & Occidentem : *ubi Sacerdotes lababantur,*
 in quo significatur purificatio à peccatis totius
 Populi xptiani, qui vocatur D. Petro *Genus*
Regale Sacerdotium Gens Sancta Populus acquisi-
tiois, Ep 1. 2. per mare intelliguntur Sacra-
 menta

menta præcertim Baptismi, & Pœnitentię, per
 obes XII. Duodecim Appostoli, quorum luc-
 eiores sunt Episcopi: sic D. Gregor. Pap. *quid*
nam per Duodecim obes, nisi uniuersus ordo Pas-
torum significatur? Ep. 24. Episcopi sunt, uti
 fontes omnium Sacramentorum, & ordinantes
 alios Sacerdotes, Mynisterio eorum, per qua-
 tuor partes Mundi distribuunt Sacramēta cunc-
 tis hominibus, hoc etiam apud Eldram lib. 3.
 c. 8. figuratur dicentem fuisse in templo Man-
 tionēs, siuē Cella per Circuitum, quæ *Pastopho-*
ria apellantur, in lib. Machabeorum, ut Publi-
 ti Ministri essent Parentes, & Manifesti nece-
 ssitudinibus Populi nam *Deus prope est invocan-*
tibus eum ait Psalter Regius, cujus intentio est,
 manifestare, amplitudinem Maximam, & per-
 fectionem Regni Melsiæ, quod est Ecclesia:
 Deus, enim desiderat, in veniri vicinus, & Pro-
 ximè ad omnes indigentias Pauperum, & Sano-
 ra Ecclesia cupit Sponsū ejus Xprum quærere
 & in veniri, ab uniuersis per suos Ministros,
 personaliterque assisterere suis fidelibus, juxta
 Moysem dicentem, ad Populum: Deut. 1. n.
 31. *Portavit se Dns. Dens tuus, sicut solet homo*
portare Parvulum, filium suum, in omni via, per
quem

quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum ad vlnas, & super humeros, vel manans filios suos Parvulos, equans gresus, gresibus, vt Amantissimus Pater, non stans, vnico loco; unde dicat: vade, vel vent, quia, pedes suos offenderet ah lapides, aut præcipitia, & vt ipse Moses. Num. 15. dixit ad Deum. Numquid ego Concepit hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi porta eos in sinu tuo. sicut portare solet Nutrix infantulum?

77. Concluditur ergo ex his: non esse iustum; immo iniustissimum. Hortus, & Arbores, Paradysum, & lignum vitæ; fontes, & puteos, Civitates refugij, itinera, & vias esse in his partibus Americanis, ex alia parte Maris: quod dupliciter, intelligi potest, vel aliam partem Maris accipiendo, aliam Nationem: vel pro distantia longissima, & carentia Episcoporum longe degentium tam ab Indis xptianis Antiquis, quam Noviter conversis, & convertendis Gentilibus: si pro primo, accipiatur, jam licet, non satis, lacrimatum est, non habere Indos xptianos Episcopos, & Sacerdotes suæ Nationis: si pro secundo: *va! va! Heu! Heu!* quam grande malum, & immedicabilem plagam: tremore titillat

itillat scribere Calamus, sacrasque nigro atra-
mento maculare aras, tamen quia ad sacrum
Libanum dirigitur luctus, clamore suo expectat,
hylopo asperitionis justitię suę de albari posse
Nigridinem Ecclesię, in America.

78 — Infanabilis igitur conspicitur ægri-
tudine Indorum clamantium in plateis, & foris, *vsq;*
vsq;. Sed quis audivit gemitus eorum? Pastores,
& Medios suos Magnos habent, sed non ut
tuos Pastores. Primo, quia hi Pastores, tantum
hispanos pascunt Doctrina, amore, onore; Indos,
dilacerant ignominia labore, & dolore: deinceps
de, remotissimi sunt, & in Regionibus longin-
quis, à communicatione suarum Episcoporum,
ad quos impossibilis est recursus, vel quia sunt
Episcopi hispani, apud quos solę causę hispa-
norum, audiuntur, discutiuntur, & creduntur
ad placitum hispanorum, vel quia Distantia
maris impedit reclamare innocentes, ita nunc
inveniuntur multa loca, & oppida, ad quę Epi-
scopi numquam intraverunt, & multa millia
Indorum, & Mistorum, qui numquam viderunt,
nec cognoverunt Episcopos, in suis locis, &
Populis, nec Episcopi intraverunt, ad querenda
sua oves, sicut Accidit, in conversionibus

de Parahuay Muxorum, & de Borgia, ad Religionem Societatis pertinentium, & in pluribus alijs Provincijs, & hoc quia Episcopi sunt Alienigenæ, nec vltum habent equitandi, nec pedestre iter noscunt ambulare, per Anfractus Montium, aut quia sunt admodum senes, & infirmi: 2. quia bix reperitur Episcopus, qui per Decem annos vivat in sua Diæcesi, & hoc partum temporis consumitur, in sollicitudinè promotionis, ad alium Episcopatum Ditiore, & sic non vident, nec cognoscunt oves suas, & sicut Xpi Oves 3. quia vacantia Episcopatum solent esse, sex, aut octo, vel decem annorum, Donec abhispania, & Alma vrbe Provideatur, & hoc, in tantum crevit, quòd Ecclesia Metropolitana Limensis, per circa L. annos, habuit quinque Archiepiscopos, & nihil hominus caruit Pastore: triginta annis, & haduc dum hæc exarantur, sedet sola viduata Pastore; quod totum generavit, hanc Maximã devastationem in moribus, omnium statuum Clericorum, fratrum Laicorum, atque Monialium, quod verissimè ploratur, *non esse sanctas, à planta pedis, usque ad verticem* quia nec impedibus, qui sunt Iudi, conculcati pedibus onium; nec in verticibus,

(1) *Ve me nota al principio.*

qui

qui sunt hispani conculcatores Indorum, est san-
 titas, nec qui curet, & foveat, edificet, & plan-
 tet, sed tantum qui evellat. & destruat lucro tur-
 pi Avaritiæ, & ambitionis. *Prob Dolor vano-*
bis, non inventibus, nec, in plateis, neque
toris, nisi tantum va, va.

79 Super omne malum auté, est inveniri, *omne*
caput languidum. & omne sor marens, & omne
corpus mortuum, & non esse, qui vivificet
vineam Dni, & colat eam alijs Agricoltis, neque
confirmet fratres suos, ut Petrus universalis Pas-
tor, nec, qui intret per ostium ad ovile ovium,
sed aliunde, ut communiter Pastores cuncti his-
pani intrant, ad ovilia Americæ; nec est con-
ferens, Sacramentum Confirmationis Indis, quia
(ut supra) Episcopi, parum vivunt, in suis sedi-
ous, & quotannis promoventur, ad locuple-
tores Diæceses, aut statim moriuntur; nec vi-
sitant personaliter, nisi vnam, aut alteram Ci-
vitatem Principaliorem, & deserunt alia loca
minora, & minutissima Animalia Dei, sinuntur
perire, sine vñctione frontis; sic modo sunt
multa millia, millium Indorum, nonagenarij, &
centenarij, sine Confirmationis Sacramento: &
cum Indi xpiani, & Neophiti Indi careant hoc
 Sacra-

Sacramento, quid admirationis, erit in constantia illorum in fide? & ab illa Recelus? inter tam Maximas Persecutiones hispanorum? Per hoc enim Sacramentum Donum S. Spiritus accipitur, *quia numquam erit xptianus, nisi Confirmatione Episcopali fuerit xptianatus, ex Concilio Aureliani.* quia in hoc Sacramento (præter suceptionem S. spiritus,) Chrysmate confecto, de sumptum fuit nomen xptiani, quod sonat, *unctione. unctus,* qua unctione fere omnes Indi, xptiani veteres, & moderni non sunt uncti, quia non habent Pastores, evicino, è sua Natione, sed longissimi ab eisque Distantissimi.

3o Propter hoc etiam debet obmutescere Iatratus hispanicus contra Indos, eos criminaliter acufando de debilitate fidei, quæ dicitur ab hispanis suis emulis haberi per Indos, in desertione fidei: quia si omnes Indi fuissent Sacramento Unctionis roborati, & sufficienter Docti, ad literas sacras, bonisque exemplis instructi, & proximè ad ipsos existerent sui Episcopi Naturales, ut olim fuit in toto orbe antiquo, ubi per Appostolos, ex ipsis Gentilibus conversis, eligebantur Episcopi; aliter sine dubio esset, *floreretque, sanctitas Magna, inter Indos,*

lesque solida supra firmam Petrum, Bonæ
 doctrinæ, cum operis boni fructu fundata, non
 rabis, & pessimis moribus hispanorum instruc-
 ta, vt vsque nunc non desinit florere Europa
 virtute, & sanctitate, & caput orbis Magna, &
 Alma Roma: sic Regnum xpianissimum Fran-
 ciæ, Germania, & Magna Britania, in quibus
 Regionibus licet fuerint exorta Hæreses, &
 malitiæ semina, nihominus, Pastores, & E-
 piscopi sunt, & fuerunt ex ipsis Francis, Ger-
 manis, & Britannis, & ipsamet hispania, quæ
 antiquitus fuit Idolatra, fuit tota ad fidem con-
 uersa, postria sæcula, & semper per suos Natu-
 rales Episcopos hispanos, à principio predica-
 tionis, Div. Iacobi Appostoli, à quo conuersi,
 & à D. Petro App. ordinata fuerunt Episcopi:
 Sancti Cæcilius, Indalesius, Torquatus, Secun-
 dus, Tesiphon. Hæschius, atque Euphratius,
 isti en hispania sua Patria, fidei semina semina-
 verunt: sic factum fuit in Hibernia à S. Patritio
 conuersa, & statim, ac fuit baptisata, ex ipsa
 Episcopi, Clerici ordinati, Religiosi, Virgines,
 ac Viduæ, ad continentia leges institutæ fuere
 taliter, vt illa insula Idolorum cultrix, sancto-
 rum fuerit Dicta. Sic his in partibus Proprii
 Pastores

Pastores Pascebant & docebant proprias ovellas suas, easque confirmabant, oleo litemæ, & fortitudinis spiritu : tempore Antixpti, ait S. Vincentius Ferrer, *simpliciter baptisati, & non confirmati, eadem abnegando Xptum, confirmati vero, stabunt fortes, & stabiles, in fide*, Serm. 2. Dom. 2. Quædrag. quis non plorabit videntes Indos, simpliciter baptisatos, sine Cærimonij Ecclesiæ nec Ritibus, quibus utitur Ecclesia S. Rom. in baptismo solemnè sic crescere per multos annos, baptisatos, à campestribus, & rudibus hispanis, numquam instructos, sin Rudimentis fidei, numquam confirmatos ab Episcopis ? quis non confitebitur facilius esse cadere xptianos, sic sine Doctrina, & cum infinitis, & exquisitis laboribus, tentatos, & impulsos, ad præcipitia, & hoc per hispanos xptianos Catholicos ?

¶ Plorans ululabat Raquel filios suos, qui non sunt. Istud Planctum imitata America, deflet suos Natos, qui etiam, non sunt : respicit ad Vrbes Magnas, sedes Episcopales, quærens Natos suos Præules, sed non sunt, nisi va, va ululatus multus, in Plateis ubi reperit Indos, plorantes, non audiri à Pastoribus, expelli à Iudi.

dicibus, contemni, vapulare, occidi, decolla:
 suspendi ab hispanis Magnatibus, irrideri
 unctis, omnibus odibiles, vniversisque despi-
 biles, etiam vilissimis seruis: *ve Indis in pla-*
ta! Vertisse ad vicos minores Pagos, & Castell-
 foris extra Vrbes, ibique auditur *ve Indo-*
rum lacrimantium, & patientium tormenta, per-
 asiones, à Cotrectoribus, & Ministris hispanis,
 à vilioribus villicis, & Lanienis gravioribus,
 etiamque (ò Deus!) à Parochis, Sacerdotibus,
 & Religiosis, hispanis, *& sic incunctis, qui foris*
unt dicitur ve: leuat oculos ad montes *Andes*
 & ibi in venit *ve Indorum*, fugientium iras his-
 panicas, ibi que inter Gentiles reddere ad su-
 perstitionem Ethnicam: *ve Indis* quibus in sua
 Regione, loco Arborum, ligni vitalis, fontis,
 fluminis, boum, & Civitatum, refugij nõ sunt, nisi
 tantum patibula! & Episcopi sunt absconditi ab
 Indis, non sunt *ut Civitas supra montem posita:*
 Et si aliquando Indi eos vident, tamquam Leo-
 nes hispanos timent, vt inimicos formidant,
 quia *qui debent esse Civitas supra iustitiam Mag-*
na, & infiguem, non habent hanc iustitiam, nisi
 contra Indos, & in hispanorum favorem; non
 insurgunt jam Episcopi pro Indis, sed *vniti cum*
 his:

hispanis Naturalibus suę Nationis, pereun-
 causę Indorum in Tribunalibus hispanorum, &
 hoc quia soli hispani sunt Sacerdotes, Magi
 Dignitates, & Religiosi: nihil hominis tamen
 haduc vertit vultum suum mestum ad Claustro
 Religiosorum, & Monialium; sed illic, in loco
 sanctitatis, humilitatis, & Perfectionis, in ve-
 nit collocatum *Idolum hispanicum* rationis sta-
 tus, ex probans Indos, & vilipensos habens
 tantum, vt servos; famulosque æquales Etio-
 pibus Nigris, contumelijs affectos, & à pro-
 fessione solemnī Religionis, exules, vt Gen-
 tiles (aiunt) & Neophitos, hoc pariter fit in Mo-
 nialibus: ergo in cunctis locis, *intus, & foris,*
 nō auditur Nisi *vs* Indorum Geminatum, Mac-
 tio Illorum crudeliter, totaliter cunctę januę,
 consolationis sunt Clausę, Iudices, non stant
 importis, Portę sunt Indis *Æreę*, & portę hęc
 sunt illę leges Maledictę (sed hispanis bene-
 dictę) interdicentes Indis recursum Persona-
 lem ad suos ProthoMedicos Papam, & Regem
 Catholicum, quos à longe, fide sola cognocen-
 tes, videre cupiunt, oculis suis, & non oculis
 hispanorum, *vs Indis desiderantibus videre Dicere*
Domini, Xptum Domini, Pontificem Romanum,
Admin

admirabilem Papam, Patrem Patrum, qui eos
 accipiat, ut Parvulos in vlnas suas, & *Indos Mi-*
s doceat vias suas, Indosque Masuetos dirigat in
dicio, & Docti à tanto Doctore clamabunt
mutantes, va Planctus sui, in Canticum letitię,
 ad suum Sacerdotem Maximum, usurpantes
 vocem iusti Simeonis utinam ergo Indi dicant
 tibi illis, nunc *Dimitte seruos tuos Domine: secum-*
que verbum tuum in pace: quia viderunt oculi Nostri
solutare Dei Nostri, & salutare tuum ex ore ves-
tro? quod paravit Deus, ante secula: lumen ad
revelationem Gentium Indorum, & Gloriam Pla-
nis tue Israel Lucę 1.

CAP. XVI.

DE HOC MAXIMUM BONUM OBTI-
 nendam quid Magis conveniat.

Heu Heu. Heu Domine Deus, ergo ne decepisti
populum Istum? va mihi quoniam defecit anima
mea propter interfectos. Hieremię 10. 31.

2 **T** Riplex hic clamor, interjectionis Do-
 lentis, ponitur à Propheta, ait Lyra
 propter triplicem Destructionem Reg-
 ni

ni Israelitici, scilicet templi, Civitatis, & Populi, & conclusio Capitis est aliud *ve* luctabile animæ deficientis, quia videt interfectionem Plurimorum, de Regno, de templo de Civitate, de Populo: quatuor plagas plangens doluit, cum quatuor clamoribus. *Heu, Heu, Heu, va, mibi*: hos etiam clamores America, Occidentis valet, emittere videns populum Indicum, quasi deceptum à Deo, quod Absit dicere, quia revera confitetur esse blasphemiam hoc dicere, quia Dens neminem decipit, neminem tentat, licet permittat tentationem, & deceptionem, ad proventum hominum, & ad alios fines, qui absconduntur oculis nostris, propter altitudinem Sapientiæ suæ, tamem Lyra dicit, *potest etiam ex poni negative, ergo ne decepisti populum, quasi dicat: Non, sed falsi Propheta fingentes loqui pro te*: & hoc est quod modo plangitur, fictio Hispanorum, fingentium loqui pro Deo, pro Papa, pro Rege, pro Lege, quasi, fuisset voluntas Dei, Indos xptianos Catholicos, inonoratos in eternum manere: voluntas Pontificis Summi Indos non esse Sacerdotes, nec Religiosos; voluntas Regis Indos, non esse asumendos ad Dignitates Ecclesiasticas, & Seculares, &

deni

denique voluntas legis vetantis, Indos possidere, hos cunctos honores; in qua deceptione quasi comuniter jacent Indi Idiotæ, & Rudes: quia hispani, hoc docent, hoc predicant, hoc, practice faciunt, cuncti Ecclesiastici, Religiosi, & Sæculares, Ideo non admittuntur, ad Sacerdotium, nisi vix vnus, vel Alter: ad Religiones, nullatenus, quia hæc fecerunt in America, contra jus comune Naturale, & Ecclesiasticum leges inter dicentes Indis, & ex illis oriundis ingresum ad suos ordines: ergo *ua. Heu Heu, Heu*, Indis in Regno, à quo expulsit sunt! in Civitate, ex qua exulant vt Cives Nobiles sint! in templo à quo ex torres, vt Neophyti, & Hæretici, fraudulentè manent: in populo, in quo vt famuli, & servi hispanorum, captivi existunt, & ab omnibus; & in omni loco interficiuntur: quis ergo medebitur huic Maximo, malo? quis Nisi Deus, & qui est in terris Dei vicem gerens Summus Sacerdos, & Maximus Pontifex.

83 Ad hoc ergo Maximum opus curationis, Longi Languoris Indorum, & Reformationis tyrannidis hispanorum, non dum appareat satis provissum, si tantum fierent, quæ ante dic-

ta sunt: Nisi Sanctitas D. N. Papæ, plenitudine qua potest creare, ordinare, & mittere quemcumque vellet virum Sapientem, & Prudentem, cuiusvis Nationis, ad partes has Indorum, & præsertim ad Peruvium nomine, & autoritate, atque jurisdictionis, & potestatis plenitudine, cum Dignitate Patriarchali, qui talis sit, & Primas, in toto orbe Indiarum occidentalium, cum instructionibus creandi, & concecrandi, Episcopos, in omnibus locis, ubi opus fuerit, qui Regeret omnes Ecclesias Americæ consulens alios, Metropolitanos, & Diæcesanos, de reformatione, & Governatione Ecclesiarum, & de salute Indorum, eorumque Doctrina, & instructione literali, ut capaces fierent ad promotionem, Beneficiorum Ecclesiasticorum, congregaretque Concilia, Nationalia, & Provincialia, etiam faceret alios Episcopos congregare, Synodos Diæcesanas, & conferendo inter se, statueret, salutaria Remedia jura, & Leges quibus dirimerentur, & sepelirentur rixæ discordiarum, & jurgia scandalorum quæ inter sunt inter Indos, & hispanos, seminata ab Initio, illa radicitus eliminando: ipse autem Patriarcha, seu Primas, moriente

aliquo Episcopo, præsideret cum alijs Episcopis, Provincialibus, electioni Pastoris illius Ecclesiæ vacantis, confirmaretque eam; si autem, propter distantiam, ei non posset assistere, confirmaret electionem factam, ab alijs Episcopis, mores Antiquorum Canonum imitando, sine necessitate recurrendi ad Regem Catholicum, qui eligit omnes Episcopos Americæ; sed tantum ad Sedem Apostolicam, pro approbatione electorum, & Bullis Papalibus, & collatione Pallij Metropolitanorum.

84 Nec videre potest hoc novum in Ecclesia, ubi Dignitas Patriarchalis, (quæ nomine tenus in Curia Regis Catholici, sepulta manet) non est in solita, neque erit in conveniens eam introduci in Americam, & in Peruvium, quod tam vastum, & distans, remotissimè est: & si Novitas noviter erecta sit, tamen pro utilitate animarum, deberet, tolerari: Sed utique, non est novum, & habet multa, santissimaque exempla, digna, ut exponantur oculis sine passionis caligine intuentibus, varijs temporibus juxta Ecclesiæ indigentiam statuta: Nam præter quatuor sedes Patriarchales, Alexandrinam, Antiochenam, Ierosolimitanam, atque Constantin-

tinopolitanam, ab Innocentio III. in Lateranen-
 si Concilio confirmatas; etiam fuerè erecti ali-
 tempore Patriarchatus Aquilejensis, Gradensis
 & post Venetensis, & in Asia, & Ægipto, Pa-
 triarchæ Maronitarum, Armenorum, Mo-
 chobitarum, & Ætiopiæ, & Patriarcha India-
 rum: (seu titulus Sinere) existens, in Curia Ma-
 tritensi, & hoc fiebat, quando Necessitas xptia-
 norum, maior videbatur: sed quæ Necessitas
 videri poterit maior Necessitate Indorum? cu-
 ius comparatione, quęcumque Maxima Necessi-
 sitas cuiusvis temporis, & Nationis, in sæculis
 preteritis, videbitur minima, & nulla, vt est
 ploratum. Propterea ergo plurimum Necessi-
 tatis est calamitati totius xptianitatis, & Gen-
 tilitatis Americæ, vt instituantur tales Patriar-
 chæ, & Primates, non nomine solo, verum etiã
 cum exercitio, & jurisdictione Legati Appos-
 tolici alatere, qui oculis suis conspicerent, &
 manibus contrectarent Damna ingentia, & quo-
 tidie de novo ingruentia gregi Pusillo, humili,
 & simplici Indorum, vt infirma, & depravata,
 sanarent, & consolidarent: vt autem, non ex-
 traneum, & insolitum appareat, hoc tanti pon-
 deris Negotium, propositum per partem xptia-
 nitatis

atis Indorū, SSmo. Pontifici Romano com-
 ni Patri, vt remedium efficac ad sanitatem
 ium Xpi Indorum. Ex eat nunc ille Magnus
 octor, & Maximus Pontifex Divus Grego-
 us I. antonomasticè Appostolus Angliæ Dic-
 s: hic Papa SSmus. Mittens Sanctum Auguf-
 num Monachum, S. Benedicti, consecratum
 piscopum, ampliffima potestate, & iurisdic-
 one, ad conversionem, illius Insulæ non lon-
 e à Roma distantis, respectu largiffimæ Dis-
 tantæ Americæ, ad vsque Romam. Sic dicit.
*Decret. Greg. Dist. 18. fraternitatem tuam, ita
 volumus ordinare Episcopos, vt sibi ipsi longo in-
 tervallo minimè distinguantur, quatenus nulla sit
 necessitas, vt in ordinatione Episcopi conuenire non
 possint; nam Episcoporum ordinatio. sine agregatis
 tribus, aut quatuor fieri nullatenus debet: vbi cla-
 re viderur colata fuisse à Summo Pontifice, illi
 S. Episcopo Augustino, autoritas creandi, or-
 dinandi, & confirmandi alios Episcopos, abs-
 que vlla expectatione, confirmationis nove,
 Romanæ Sedist. Hoc magis roboratur, & cla-
 rescit-Historia Recensita à S. Beda venerabili,
 Referente Epistolam ipsius D. Greg. Pap. ad
 S. Aug. sic. lib. 1. Ecclesiast. Hist. 39. Rmo*

& SS. no. Augustino Coepiscopo, Gregorius Servus
 Servorum Dei : quia Anglorum Ecclesia ad Dei
 Omnipotentis gratiam, eodem Domino largiente, &
 se labarante per ducta est : usum tibi Pallij, ad so-
 la Missarum solemnita agenda concedimus; ita, ut
 per loca singula Duodecim Episcopos ordines, qui
 tua subiaceant Ditioni : quatenus Vndonis Civi-
 tatis Episcopus semper in posterum a Synodo de-
 beat Consecrari, atque honoris Pallium, ab hac
 Sancta, & Appca. cui Deo autore servio sede pers-
 cipiat : Ad Hora cum vero Civitatem te volumus
 Episcopum mittere, quem ipse judicaveris ordina-
 re, ita dumtaxat, ut Civitas cum finitimis lo-
 cis verbum Dei Receiverit : ipse quoque duodecim
 Episcopos ordines, & Metrpolitano onore perfrua-
 tur, cui quoque si vita comes fuerit, Pallium tri-
 buere Dno favente disponimus. Ipse etiam vene-
 rabilis. lib. 2. cap. 4. ait : Succesit autem Augus-
 tino, in Episcopatu Laurentius, quem ipse idcir-
 co haduc vivens ordinaverat, ut se Defuncto, sta-
 tus Ecclesie tam rudis. vel ad horam Pastore def-
 ritutus vacillare inciperet, & in eo Primi Pasto-
 ris, hoc est Beatisissimi Petri Apostolorum Princi-
 plis exemplum secutus, qui fundata Romae Ecclesia
 Xpi, Clementem sibi coadjutarem, Evangelisandi
 simul,

mul, & Succesorem consecrasse perhibetur.

Ecce Præclarissima exempla varia, & maxima, offeruntur considerationi, & imitationi, Primum: Maximum, Sanctissimum, atque sanctissimum Papam Gregorium, iudicavisse valde necessarium, in qualibet Civitate Novæ Ecclesiæ Anglicanæ, cupiente lucipere fidem Xpi, iustitiam suam propriam Episcopum, Ita ut unusquisque Episcopus, non distaret ab alio longè, sed se invicem juvarent, & coogregarent ad conferendum inter se ipsos, ut rerum eventus possiderent. Huic Sancto Episcopo Augustino esse datam, plenissimam facultatem, non solum creandi XII. Episcopos Sufraganeos, verum etiam, quod Synodus Congregata talium Episcoporum deinceps eligeret Succesorem illo defuncto, 3. ut ipse S. August: constitueret, & dominaret Archiepiscopum Evoracensem, qui etiam ordinaret alios Duodecim Episcopos Sufraganeos: Ita ut inter viginti quatuor Episcopos, & Duos Metropolitanos, ipse Augustinus gauderet quasi Patriarchali, aut Primaria dignitate: & hoc in Parvula Insula Angliæ, quæ comparatione Americæ, existet, ut formicula iuxta Elephantem, vel granum Sinapis æquare

V

Cœlo:

Cælo: quo factò cognocetur, quòd licèt non nomine, verum potestate, & jurisdictione Sanctus Augustinus Patriarcha fuit factus. 4. Ad hoc totum exequendum Sanctissimus Pap. Gregorius non limitabit tibi, tantorum Episcoporum confirmationem; solùm que voluit, vt mitteret, ad Sedem Petri, (ex obedientia quæ exhiberi debet Vicario Xpi) electiones; & vt Archiepiscopi vterentur Pallio missò à Summo Pontifice. 5. Nominatio Successoris facta ante obitum suum, à D. Augustino, sequendo exemplum S. Petri Apostoli, justè, & rationabiliter timens, Maximum periculum imminens novæ xpianitati Anglicanæ, ex deficientia, vnius tantum Horæ Episcoporum à sua Ecclesia exposita Lupis Rapacibus. 6. Noluit Sanctissimus Pontifex, (in electione Episcoporù) à summi illos, ex Italia, vel alia Regione xpiana, sed ex ipsa Anglia, Neophitos xpianos, eruditos, & Nobiles insigni sanctitate eligi voluit: hoc fuit beneplacitum talis, ac tantum Pontificis, qui fuit ex Sanctissimis, & Doctissimis, Sanctior, & Doctior. Hoc etiam fecit Gregorius II. qui Consecravit Sanctum Bonifacium Monachum S. Benedicti, in Episcopum, Mittens illum ad Germaniam cum auctoritate concedenda.

erandi alios Episcopos plures, Necesarios ad
 predicationem, & conversionem illius Gentili-
 tatis, & fecit, & Appostolus Germaniæ fuit vo-
 catus, Gloriosissimusque Xpti Martyr, eva-
 sit, ann. 750. & deinceps.

86 Quis ergo cum videat hæc, & alia, non
 dicet flendo: in America esse Paucissimos E-
 piscopos, considerans vastam Magnitudinem
 suam, quia tot millibus Leucarum, totius novi
 orbis, qui longior, & Dilatior est millies,
 toto Antiquo Mundo, non inveniuntur qua-
 draginta Episcopi: à Regno Sanctæ fidei ad
 vsque Regnum Chilense, quæ distant plus duo
 millia Leucarum, quod Regnum Peruntinum
 vocatur, non sunt, nisi Decem, & octo Episco-
 patus, ex quibus tres sunt Metropolitanæ: Epis-
 copatus vnus, ab alio, distans est per quin gen-
 tas Leucas, & qui minus per trecentas, sic q̄ in-
 veniuntur tot millia animarum, quæ non vide-
 runt, ne cognoverunt Episcopos, quasque num-
 quem Pastores sui visitaverunt, nec quæserunt
 quia, vt senes, & infirmi, aut hispani delicati,
 non se offerunt, nec tradiderunt animas suas
 pro suis Ovibus: ex hoc orta fuit eandem Ma-
 na Inordinatio, & confusio omnium rerum

Ecclesiasticarum, & Sæcularium, fragesque
Morum in omnibus, talis, vt tota America Pe-
runtina potius vocari debet Babilonica confu-
fio, quam Provincia xptiana.

¶ 7 Hæc causa paternaliter jam videatur, à
SSmo, D. N. Vicario Xptj : faciatque juxta be-
neplacitum suum, & potestatem sibi à Xpto
traditam Indos xptianos, veteres, Mistosque
Nobiles instrui, instructosque ita jubeat eos,
ordinari, & concecrari Episcopos, Presbyte-
ros, Religiosos, supra quos, (si Sanctitati vi-
deatur, consulendo Deum) constituat Alium,
vel Alios, veluti Archiepiscopum Mexicanum
in Nova Hispania, & Limanum, in Peruvia:
(supreso nomine tenus Patriarcha in Curia Re-
gis Hispanici existente) cum honoribus, Pri-
vilegijs, jurisdictione Potestate, & Autoritate
Patriarchalibus, qui sint in omnibus, subiecti
immediatè soli Pontifici Romano, eisque sit fa-
cultas Concilia, & Synodos, Congregandi, &
adminstrandum alia negotia, que pro Summa dif-
tantia, & temporis Diurnitate diferuntur, &
raro, vel numquam, ad Curiam Romanam per-
veniunt, & quamvis ad Regis Curiam acsedat,
tamen in casum, numquam salutaris effectus
fuit

uit sequutus, quod si fieret, Religio xptiana multum dilataretur, & Magnificaretur, multi errores tollerentur, laudabilesque Mores instaurentur: evitarentur etiam, multa peccata, quæ sequuntur, cum Maximis damnis Indorum, ex Vacatione Episcopatum, qui per negotiationes tantum Sumoniacas conferuntur hispanis, plus offerentibus, & sic vacationes protrahuntur per multos annos, ut est dictum: si Patriarchæ, aut Primates habeant Potestatem ratas habendi electiones Episcoporum, ab alijs Episcopis factas, & mortuo Episcopo, intraret alter per Canonicam Electionem, Episcoporum suffragantium, per meritum, Pastor esset utique ovilis Xpti, expulsis tot Mercenarijs, haud per Offitium intrantibus ad Pauperulas Ecclesias Indorum, ad quæstus, & lucrativas negotiationes, cum quibus, fiat promotio, ad alias locupletiores. Sic etiam, si ab hispanica sola progenie, auferrentur stagna, in quibus retentæ, & Reclusæ, sunt omnes Dignitates Ecclesiasticæ, tam Cleri Secularis, quam ordinum Religiosorum; & indifferenter, juxta merita singulorum, conferrentur, & Indis, & Hispanis, uti subjectis, ejusdem Ecclesiæ, Religioni, & Regi Catholi

tholicis, vniis motibus, & legibus viventibus
 pax Xpi stabilita, exuberans in cordibus
 conctorum, per charitativam vniionem inter ho-
 panos; Indos, & Mistos; ex utrisque, Præf-
 geos sicut sol in medio Coeli Ecclesiæ, Dignitas
 excelsa Potestas suprema, Regia, & Divina Re-
 mani Præfulis, cui soli reservarentur largiti-
 nes Pallij Patriarchalis, & Metropolitanæ,
 Bullæ Raticantes, electiones Episcoporum
 aliarumque Dignitatum Ecclesiasticorum, fecun-
 dum Canones Sacros, & vestigia Antiquorum
 Patrum, Ita ut dilatio, non esset detrimento
 universitati Ecclesiæ, & Indis: obiarentur ita
 illa maxima damna Indis solis facta ex carentia
 suorum Naturalium Pastorum, & periculum de-
 ferendi fidem, quia non habent Iudi Episco-
 pos, eos confirmantes Sacramento Unctionis:
 quot lamentationes; & quot lacrimæ, non essent
 illis Sanctissimis viris, Beatissimo Gregorio, &
 Augustino, si Angliam viderent carere Pasto-
 ribus vno, vel duobus annis: & quare non plo-
 ratur, lacrimabilius calamitas xpianitatis In-
 dorum carentis, per multos annos, Pastoribus,
 licet non suis, & à principio (exceptis Sancto
 Turibio, & alijs, Paucissimis) sine Pastoribus
 suis,

is Naturalibus, semper quia hispani Episcopi,
 tantum hispanorum videntur Pastores, qui solos
 hispanos faciunt docere sacras, & humanas li-
 teras, solos hispanos ordinant, & ipsis solis cō-
 ferunt beneficia Ecclesiastica: si tantum dam-
 num timebant SS. Gregorius, & Augustinus,
 ex absentia *onus horum* Episcoporum, quæ Lacri-
 mæ, non effundentur, à SSmo. Successore ejus-
 dem SSmi Gregorij, pro damno Indorum in A-
 merica! ubi per tot annos Ecclesie manent sine
 Pastoribus; quanti ponderis, fuerit hoc in vilan-
 ce Ecclesie, invenitur in Concilio Niseno Can.
 8. Arab. translāt. ubi sic, *quod si Archiepiscopus*
Cypri moriatur, quia est periculum dilationis, mit-
tere Antiochiam: poterit sine consensu ejus ordi-
uari, ne toto eo anno Archiepiscopo careat. Heu!
 Heu! quam ingens strages lacrimatur, exorta
 univērsis fidelibus, tam hispanis, quam Indis,
 in Americano orbe, & Peruvia! ex vacationi-
 bus, Ecclesiarum, & ex promotionibus, non
 pro utilitate Ecclesie, factis, sed pro lucro, Mi-
 nistorum Regis, vendentium, & Episcoporum
 sollicitantium, & ementium Xpi humilitati, &
 Paupertati adversantium.

88 Quis narrabit in gentem jacuram in mo-
 ribus,

ribus, ex Paucitate Episcoporum, inter tot milia hominum, Civitatum, & locorum: ubi, vbi hispani Episcopi, locupletiores sint, & similiter Beneficiati, Curati, tam exiguus est numerus Pastorum, & infinitus numerus gregis: si tantillo, Pucilloque Gregi Ecclesiæ Primitivæ, ordinati fuerunt Duodecim Appostoli, seu Episcopi, Septuaginta Duo Discipuli, seu Parochi, & multiplicato grege fidelium, etiam crevit numerus Pastorum: cur in America, vbi Grex xpianus, tam Indorum, quam hispanorum, est innumerabilis: *absque eo, quod intrinsecus latet,* in montibus &c. erunt tan Pauci Episcopi? cum illorum fecunditas debeat esse, ad bonam, & sedulam administrationem gregis Dominici? hæc fecunditas à Deo per Isaiam promittitur c. 54. *Lauda sterilis (scilicet Gentilitas) qua non parit, decanta laudem, & binni, qua non pariebas, quoniam multi filij deserta, quam ejus, qua habebat virum, dicit Dominus, va Indis!*

CAP. XVII.

SATISFACTIO CUIUSDAM VANI

timoris.

*Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum
ponen*

ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum induce, & dulce. in amarum.

Isaię 5. v. 20. & 21.

89 **S**ATIS luculenta sunt verba ista Prophetę Gementis, multiplicitate, & quę exponi, non debuerant, ipsa enim sponte sua oculis pantent ad hispanos in plāctu perfecti dici : nam ipsi sua scelera excusantes dicent, esse hoc Concilium ad bonum animarum suarum, & Indorum, *Malum* : & *Malum* irrogatum Indis ab hispanis in *Malum* animarum suarum, & corporum; *Bonum*: quia illud *Malum* Indorum spirituale, & corporale, est ad *Bonum* lucrum, rerum temporalium hispanorum, quamvis sit ad *Malum* spirituale ipsorum, quod non timetur ab eis, utpote sapientes, & Prudentes, sapientia carnis, qua vsi fuerunt Machiabelus, Herodes, Pilatus, & icuncti tyranni : Ideo his, dicitur *vs qui sapientes estis oculis vestris; & coram vobis Prudentes, veritatis lucem vocantes, tenebras; tenebras Mendacij, lucem appellantes : amarum* fel Draconum per duo secula Indis propinatum, habentes ut *Dulce potum, ex quo vobis, exausistis, tot millia thesau-*

X

rorum,

rorum, & Divitiarum, cum quibus, elati supra
 omne id, quod excogitari potest credimini a
 vobis metipsis, non esse homines, sicut cæteri.
Dulce Medicamen, quod modo datur vobis, ad
 vestram salutem, ponentes *in amarum*: *væ* ergo
 vobis hominibus Politicis, qui humano, &
 vestro Concilio vos regitis, non lege, & volun-
 tate Dei, non Concilio, & prudentis, tribuen-
 tes, plus Concilio politico vestro, quam Con-
 cilio Dei, per Prophetas loquentis, dum dicitis
Bonum Malum, Malum Bonum, væ vobis, ergo
 90 Prima facie, videbitur, Concilium hoc
 Bonum & certum salutare Indorum, maximo
 periculo, expositum. Prudentes enim secundum
 carnem, & surdi, & cæci, qui, quasi non au-
 diverint, nec viderint Paulum definientem: *Præ-*
dentia carnis, inimica est Dei, timebunt quo vi-
 motu foliorum arboris, quibus umbræ tenues
 conspiciuntur phantasmata, trepidantes, ubi
 non erat timor, dicent forsitan. *Authoritatem*
Patriarchalem, non Convenite America. con-
 tat enim Patriarchas, causavisse S. R. Ecclē-
 siæ, multos grandesque labores, rebellionibus
 quibus Patriarchæ obstiterunt Summo Pontifici
 Romano, præsertim Patriarchæ Constantin

lis, qui ad eum Amentię devēnere, quōd nō cog-
 nocerent ut suprenum caput visibile Ecclesię
 Pontificem Romanum, & se ipsos Œcumenicos
 Papis Novę Romę se auderent nominare,
 adeoque Greci Patriarchę contumaces extite-
 rint, ut à sæculo Septimo, ad usque Decimum
 quintum, per quatuodecim vices, reducti, ad
 Ecclesię obediētiam, Ridicula novitate, &
 Cęcitate Relapsi fuerint in scisma, & ut Canes
 ad vomitum suarum Hęreticum redierint: igitur
 si Patriarchę tam vicini existentes, Romę pes-
 simē corresponsderunt Summo Romano Antis-
 titi, quis non timebit Patriarcham Distantem,
 tribus mille leucis ab Europa, & Alma Urbe
 Rebellem scismaticum que futurum? & princi-
 paliter si esset in operationibus Patriarchalibus,
 tanta autoritate, & independens, in sua electio-
 ne à Sede Romana, huic juvant verba Innocen-
 tij I. monentis, quanta p. cautione hoc prac-
 ticari debeat. Immoque melius esset abstineri
 à tali periculosa p. taxī: *quis nesciat, ait Innoc.*
aut non advertat, id quod à Principe Apostolorum
Petro Romane Ecclesię aditum est, nunc usque
custoditur, ab omnibus debere observari, nec super-
induci, aut introduci aliqui, quod auctoritatem

num habeat, aut aliunde videatur accidere exemplum, praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Galliam, Hispanias, Africam, & Siciliam Insulasque interjacentes, nullum hominum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Petrus, aut Successores ejus constituerunt Sacerdotes?

¶ *Huic Clamorosae obiectioni. Responsio facilis est, si oculis justitiae, & charitatis claritate, consideretur calamitas Indorum, & lacrimabilis constitutio totius status Ecclesiastici, & christianitatis in America, ubi in scilam inciditur, dum cupita sit vitari Caribdis, fugitur scisma non certum, & contingens Rebello futura autumatur, erectione Patriarcharum, & non consideratur, vel potius plangitur Potestas Patronatus cœsus (excepto Regis Catholico) laicis Proregibus, Praefectis Governatoribus Minoribus, Correctoribus qui plusquam Patriarche omnimodam jurisdictionem, exercent spirituales, supra cunctos Metropolitanos, Episcopos, Praelatosque Religionum, & Sacerdotes, atque Moniales, & supra omnia beneficia, & negotia Ecclesiastica jure Patronatus. freti, quo, habent velut capitulos omnes Ecclesiae Ministros, quos (ut con-*
tingit Sancto Turibio Alfonso Limano Antistiti

quae

quando vix incipiebat Religio xptiana in Pe-
ruvia) Regales Magnates, tenent ligatos sub
Ditione laica, abutentes Regio Patronatu, quē
extendunt ad omnes causas spirituales jurisdic-
tionis, & electionis, Prælatiautem inermes, im-
positione hominum, supra capita sua, transeun-
tes, per ignem, & aquam, nunquam in refri-
gerium p̄venire, vnde nequeunt, suam in
subditos exercere Autoritatem, liberè, & sine
laicę Potestatis contradictione, nec iustum ju-
diciū judicant, nec lites dirimunt, quia sub-
diti rebelles, recurrunt, vim protestantes, aut
per apellationem, ad Patronatum, quem Papam
vocant in America, iridentes Prælati suis, con-
tra ipsos vim exercent: laici autem Ministri, tā-
quam Summi Pontifices Romani, aut, vt Pa-
triarchę universales, proferunt iudicia in cau-
sis ad Ecclesiam pertinentibus, & nomine juris
Patronatus tyrannifant Sponsam Xpti, & ma-
nus mittunt in Sacratissimam Dotem suam, &
Patrimonium Præcioso Sanguine Saluatoris, ac-
quisitum impediunt executionem Bullarum Pa-
palium si advertantur suis negotianibus, &
tyrannidi, & sumatim Nihil deest laicis Minis-
tris, Patronatu Regio, in America nisi quod
perlo-

personaliter Sacramenta administrant ordinant
 Presbyteros, & Episcopos, quod etiam quodam
 modo faciunt, nam Nulli eliguntur, & con-
 ceccantur, quam electi, & nominati à laicis
 Dominis cunctis Protegibus, & Iudicibus ad
 omnia Beneficia, Dignitatesque Maiores, &
 Minores. Ecce inter Indos, laici ut Pontifi-
 ces Summi, *va* quam Magnum Malum, ut *Bo-
 num*, & Nihil hominus hos, *nec venerabilis Pe-
 trus. nec eius Successores constituerunt Sacerdotes,*
nec Patriarchas, quin etiam venerabilis Petri
potestas, & Successorum eius constitutio, con-
temptibilis, & facta est vilis, Sedesque Petri
*tantum nomine, cognoscitur in America, *va**
ergo.

97 A principio, tempore Apostolorum, co-
 ram oculis eorum exorta fuerunt scismata: Co-
 rinthij enim divisi fuerunt inter se: alteri ap-
 lantantes Paulum, Alteri verò Sepham hoc est Pe-
 trum, Alij autem Apolo: tamen Paulus refre-
 navit excessum Corinthiorum, sed non limitavit
 Apolo potestatem, quod si ageret, esset certè
 non tollere discordiam, verum etiam fovère illà,
 non concordare voluntates, sed alienare illas
 à charitate, Corinthiosque perdere: vade in pre-
 sentiam

entiarum, deponi debet timor cuiuslibet dam-
 ni futuri, in certi, & contingenti, per metam
 præsumptionem apprehensi ab hispanis conanti-
 bus, per læcula tyrannicam potestatem super
 omnes Indos, & super omnia Regna Americana,
 conversa, & deinceps convertenda, exercere
 suo libito: cur non videnda erunt tot, & tan-
 ta verissima ingentia, & Maxima damna, quæ
 non satis plorata sunt, & lacrimata? *qui timet
 pruina, irruet super eum Nix* aiebat Job. c.
 6. *qui obseruat ventum. non seminat, qui conside-
 rat nubes non metet.* Ecclesiastes. 11. Imperitos
 irridet divioantes, taxantes, & præcludentes
 vias quas Deus fecit planas, & directas: *quo-
 modo ignoras, quæ sit via spiritus. & quæ ratione
 compinguntur ossa in ventre prægnantis, sic igno-
 ras opera Dei, & qui per successus tantum con-
 tingentes, discernit absolute audiat eundem,
 qui ait: scentus stultorum Magister.* Damna præ-
 sentia vera, & manifesta curanda sunt, efficaci-
 ter sequendo vestigia, & exempla Maiorum,
 qui in similibus, consueti fuerant, successus
 prosperos, feliciores eventus, sicut visum est,
 in præcedenti cap. De futuris autem contin-
 gentibus, quæ possunt esse, vel non esse non est
 nobis

nobis ad vitrandum, neſtimendum de illis rebus, quæ ſi aliquando, aliquibus, alijs temporibus, extiterunt non felice; tamen aliò tempore, Multis fuerunt ſecundæ, ex quibus, quæ fuerunt favorabilia, hæc applicanda ſunt in favorem animarum, peregrantium, contrarijs Moribus, ut evenit Indis: Hæc relinquenda ſunt Providentiæ Dei ſemper ſuæ Eccleſiæ aſſiſtenti, & Directioni Concilij ſui Præſidentis, hoc docetur, quando, Dominus Diſcipulis ſuis curioſè ab eo quærentibus, *Domine ſi tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? reſpondit: non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Act. 1. Diſiniens abſolutè, ſimulque increpans eos, non eſſe ſuam incumbentię ſcrutare Concilia ſæcra Dei, Ideo ſubdidit. *Sed accipietis ſuper venientis Spiritus S. virtutem, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & uſque ad extremum terræ,* quaſi nobis dicens: quod modo expedit eſt, vos eſſe meæ veritatis teſtes, in partibus Remotiſſimis Indorum, & quòd illa Gentilitas, quæ uſque modo non noſcit me, cognoſcat me eſſe Deum, & nomen meum, & ſi ad hoc convenit, ut illis dentur, ex ſua Natione Paſtores, Epiſcopi, & Primates, vel Patriarchæ ſufficientes, & numero, plu

res, quam usque nunc juxta Magnitudinem illarum Regionum, concedantur eis, vestigia, maiorum, sequendo ex quibus concluditur.

93 Hoc Remedium non deberi differri, timidine, qua veretur posse evenire inobedientia; quinimo potest, ut Ratum credi, & expectari semper debitam, & omnimodam obedientiam, & sumissionem tales Pastores, presertim, primo, & Summo Pastori Romano, nunquamque desituros habere pre oculis illam Sanctissimam Sedem Petri, petiturosque ab illa suarum electionum approbationem, & confirmationem, nec imituros esse, superbiam, & nativam arrogantiam Græcorum, utpote Natio Grajvena, sua pre est superba, presumptuosa inconstans, & vertiginosa, Indorum, autem non sic, quæ Mitis, & Humilis, Mansuetissima, Devota, liberalisque, cognocitur ab omnibus, qui fraternam charitate illam prosequuntur: interim tamen dum à Roma venerit confirmatio Electorum per sacra Diplomata, poterat esse Vicarius Papalis Antiquior Metropolitanus, munusque Patriarchale ex consensu suæ Sanctitatis, tribueretur cuicumque vellet Summ. Rom. Pontifex taliter, ut in Vacanti Patriarchatu, & aliorum

Episcoporum, nihil de esset, Boni Regimini Ecclesiarum. Temporibus SS. Basilij, Athanasij, Ioann. Chrysostomi, Gregorij Nazianzeni, & aliorum eligebantur Episcopi absque Consensu Summi Pontificis Romani, qui postea confirmabat, Ratam faciens Electionem: sic etiam nunc aprobant Summi Pontifices Romani, Electionem, aut nominationem, quam faciunt Principes Sæculares, veluti quas Reges Hispaniæ Catholici agunt, licet non concecrantur, donec ex Roma, Mitantur Bullæ Pontificiæ, sed hæc mora, est multum Damni afferens huic xpianitati, Indicæ vt est placatum: S. Nicolaus Miræ in Lysia Metropolitanus, sola comprovincialium Electione fuit concecratus, sic Aliorum SSorum Antistitum, vt S. Eusebius Samosatensis Episcopus, vt refert Sanctus Theodoretus, cuius verba totum probantia, expendenda sunt sequenti capite, quod finitur multiplici ~~ca~~ lamentationis.

CAP. XVIII.

EXPONUNTUR VERBA S. THEORETI

ad probationem Dictorum

*Ve qui Sapientes estis in oculis vestris, & Co-
ram vobis metipsis Prudentes. Isaia 5. v. 21.*

94 **C**ontra terrenam Sapientium Politi-
ticam, Clamat Propheta iterato va-
luctabili, *ve* vobis Sapientibus, qui
cognoscitis Divina, non secundum veritatem,
sed tantum secundum opinionem vestram, ocu-
lis vestris tantum videmini conspicere, tamen
faci estis & sacuorum Ducés. Coram vobis ipsis,
vobis tantum conspicimini videntes, & pru-
dentes; tamen nulla est prudentia vestra: pru-
dentia enim est circa agibilia humana; tamen
vos humana, & Divina diripitis, & confunditis;
quasi vani Doctores, relinquentes vtilia, cu-
riola, & vana Docentes, causas falsas scienter
defendendo, legitimasque impugnando huius
generis, est hæc causa justa, redemptionis Na-
tionis Americanæ, quæ à politica hispanorum
detinetur, & à tyrannide hispanica, ei auferitur
Medella efficax, ut nunquam, & in seculum,
seculi diferatur, sub velamine prudentiæ, &
mentis, vbi non est timor relinquendo sapien-
tiam, Antiquorum, quam qui secuti fuerunt

Even

Eventus optimos, fuerunt consecuti. Ex quibus, Magnum exemplar ad imitationem proponitur. S. Eusebii Samocateni Episcopi, ex Histor. Ecclesi. S. Theoderet lib. 4. c. 2. Sic Relegatus (subauditur Eusebius) ab imperatore Valente cum multis Ecclesiis Pastoribus orbatas intellexisset habitu Militari indutus, & Capite Tibiara aperto, Syriam, Phensiam, & Palestinam peragravit, quo etiam Diaconos, & Presbyteros concecraret, tum alia Ecclesiastica obivit officia, quod si quando in Episcopos secum Doctrina consistere, incidebat, eos Ecclesijs, qua carebat Pastoribus praefecit. Pleraque notatu Digna his verbis sunt. Primum S. Eusebium in venisse plures Ecclesias orbatas Pastoribus. Ob tyrannidem Valentis Imperatoris: etiamque in America inveniuntur multae Ecclesiae, propter praecisam Electionem ab Hispania, quia, aut eorum Ministerii, longissima morositate, vel ob distantiam nimis remotam Regionis Americae, aut Peruvij, & diuturnitatem temporis, quo opus est ad iter faciendum, a Peruvio, ad usque Hispaniam, & Romanam Curiam Notia mortis Episcoporum, vacantiumque Ecclesiarum, eliguntur eos, qui, plus favoris, habeant, aut plus lu-

cri offerunt, quod idem est, ac carere Pasto-
ribus, qui introducti ad ovile, non per ostium,
sed aliunde non sicut Pastores, sed fures, & la-
tropes; teste Xpto Summa, & eterna veritate
certissime enim Hæresis Simonis, vrl Simonia-
ca tyrannis Hæretica Monarchiam habet abso-
lutam, in collatione omnium Ecclesiarum, tam
Cathedralium, & Parochialium, Canonicatum
& Beneficiorum Sæcularium, quam Regula-
rium, & Prælaturis eorum; quæ omnia vocan-
tur, alacis, à Clericis, & à Religiosis, *conventen-
tias*. Id est lucrativæ negotiationes ad quæren-
das Divitias excoctatis Miserrimis Indis. *vs.*

95. Secundum: S. Eusebium peragrasse dissi-
mulato militari habitu, insidias hæreticorum
fugientem: ut hodie fit in Anglia, & alijs Reg-
nis, ubi Episcopi, & Sacerdotes degunt occultis
vestibus Sacris Nomine, & Dignitate: hoc etiã
in Montantis fieri poterat, ob aversionem, ad
Hispanicam Nationem, quam Indi Gentiles ha-
bent, videntes crudelitates per hispanos, exer-
citas contra Indos xotianos Juobus sæculis, do-
nec experirent, Indi Episcopos, & Missiona-
rios, non quæ esse sua, sed eos, perderentque
timores panicos hispanorum, illos retardantiora

à fidei susceptione terrore, furoreque suis.
 96 Tertium: dicitur idem Sanctus, varias
 provincias, visitavisse, ibique ordinasse, Epif-
 copos Sacerdotes, & Diaconos: quod similiter
 fieri justum erat, apud Indos xptianos, inter
 mille loca, Montium, anfractusque asperri-
 mos, fugientes Militum, Iudicum, & Correc-
 torum hispanorum, crudelitatem ees, inhu-
 ter dicerpentium, sua, & illos quærentium, ut
 sui servi facti, laborent rantum in negotiationi-
 bus lucrativis illorum, & sic vivunt Indi latitan-
 tes, ut in primitiva ætate xptianitatis, in sylvis,
 in speluncis, & cavernis terræ, carantes Pas-
 toribus, pereuntque sine Sacramentis: in quo
 hispani, videntur esse erga Indos, Alteri Dio-
 cleciani, & Maximiani, & Cæteri Imperatores
 Ethnici, peioris quæ Prabitatis: nam tunc tem-
 poris Gentiles per sequebantur xptianos, sed
 nunc Hispani Catholici, existunt Sycophantæ,
 Percussores, Destruutores, atque Persecutores
 Indorum fidelium. *ua.*

97 Quartum: vna cum Catholicis Episco-
 pis S. Ensebius Præficiēbat Ecclesijs vacantibus,
 Episcopos, & Pastores, ad quos eligendos con-
 gregabat Concilia: quod expedit justius fieri

in Americanis Ecclesijs, totaliter Orbatis Pas-
toribus, longissimo tempore, quo ad vsque Rex
Catholicus, alios provideat, succesores, qua
providentia tam longum dilata, paret Maxi-
mam, & quasi certissimam suspicionem, hanc
dilationem esse ob lucrum secutum ex vacan-
tibus: Nam dum Ecclesie sunt sine Pastoribus,
Reges, quasi Metropolitani, & Episcopi obti-
nent omnes proventus, & annuos census in inte-
grum, quo succedit in America, & in Peruvia
principaliter; quasi semper existere Ecclesias si-
ne Episcopis; quarum Pastores sunt Principes
laici, ad temporalia solum respicientes: & ob
laica lucra dilaceratur Grex Regis Regum,
& Regnum Xpi exinanitur: *ea, ergo sapienti-
bus, & prudentibus carnalibus.*

98 Totum hoc factum à S. Eusebio habetur
in Concilio XII. Toletano, c. 6. ubi: Regnan-
te Eurigio Gotho Rege, constat, Episcopos
elegisse, & concecrasse alios Episcopos sine ex-
pectatione, aprobationis Sedis Appæ, cui be-
ne videbatur, & vt Ratum habebatur, factum
ab Episcopis, *ex jure Comun. Cap. nulla 62. Dis-
tin. Cap. in nomine Dni. 25. Distin. Cap. cum
longe 63, tantum Episcopos inno. Metropolitanos*

allp

eligere, atque consecrare : Summum vero Romanum confirmare solum Electionem. & hoc fiebat ad oculos Pape ob exigentiam, & necessitatem temporis, & Ecclesie, at in Occidente Indorum, ubi Necessitas Ecclesie Maxima cogno- scitur, ubi etiam semper tempus instantius est, & maius periculum quolibet instanti, quomodo SS. D. N. Pontifex Maximus non commu- nicabit suam à Deo sibi datam potestatem Patriarchis, & Pastoribus Indorum absque limita- tione? ut valeant exercere ea, quæ cumque iusta, & congruentia visa fuerint, toti christianitati In- dorum, excepto, quod cuncti tales Patriarchæ, & Episcopi severissime astrikti sint comparere Romæ certis temporibus, veluti singulis quin- quennis redere rationem suarum Ecclesiarum, & fidei incrementi, animatumque omnium, at- que rerum notabilium, contingentium, & ad Sanctam Sedem atinentium, per suos Ambassa- tores, legatos, aut Apocrisarios, cum juramen- to fidei, & obedientie ad SSam. Sedem Petri exhibere, & debite, quare Universalis Pater Sanc- tissimus præsumitur, non magis estimate vili- tatem Catholice Ecclesie, quam suam pro- priam Autoritatem? & hoc omne sub Ditique Regis Catholici, & voluntate sua.

99 Si Romanæ Eloquentiæ Parens, Cicero solitus erat dicere: Omnes, qui Reipublicæ præfecturi sunt, duo Platonis præcepta teneant: unum ut utilitatem Civium sic tueantur, ut quid quid agant, ad eam referant obliti commodorum suorum. alterum, ut totum corpus Reipublicæ curent, nedum partem aliquam tueantur, reliquas deserant: ut enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad utilitatem eorum, qui comissi sunt, non ad eorum, quibus est comissa, gerenda est. Plato etiam lib. 1. de Repub. Non igitur Guvernator talis, aut Princeps, quid sibi conferat, cogitat, aut præcipit, sed quid subiecto conducatur: & quæ dicit, & quæ facit, cuncta, ad illius utilitatem, decoremque dicit, & facit, quoniam, qui ex arte recte acturus sit, nunquam in suum agit commodum, secundum artis suæ Imperium, sed ad inferiorum utilitatem. Ergo creditur, curam, quam licet Cicero, & Plato pinxerint, tamen nunquam invenere, Pastor Summus Pontifex Romanus, semper quæsisse, & esse quæsiturus in Re, & in verbis, non tantum antiquitus, in Europa, & primitivo tempore solum, immo semper, ubique, & usque ad ultimum terræ, & consumationem sæculi. Etiamque usque ad internationem, & emulio-

nem suæ vitæ, sanguinisque proprii: *ut Pastor Bonus*, ponens animam suam pro ovibus suis. Certissime, creditur magis velle (salva semper fide) aliquid minuere, de sua autoritate, pro salute animarum sibi creditarum, quam ipsas animas perire, propter accidentalem excellentiam suæ potestatis tuendam, servus enim est omnium fervorum Dei: unde non cedens, aut non temperans modicum suæ Autoritatis, longe præsumendus esset (quod absit) ab illa peremptione vitæ suæ, & pro ovibus suis sanguinis effusione: talis enim celsio, vere suæ esset Autoritatis resurrectio, & modica temperatio existeret suæ Potestatis exaltatio: unde, quia usquemodo Antistites Romani, non fuerint vlsi, hoc medicamine, efficacissimo salutis animarum, hispanorum, & Indorum, non est dicendus, provenisse ex contraria voluntate, nisi ex earentia Notitiarum, & veritatis, tam ingentium malorum, quæ præcensaliter non vident. Pijssimis oculis suis, nec manibus Sanctissimis contestant, quod difficillimum est, longissima Distantia Romanæ Urbis ad longinquam Americanam, & Peruntinam Regionem & si aliquid sciunt Pontifices Summi, aut vide

tur videri ebeis, est quod referunt Relationes Hispanicæ, Informe, & immutatum, alienum à veritate, compositum ad beneplacitum Potentum Hispanorum, plenum assentionibus, & si Dijs placet Mendacijs, & Malitijs, quibus intendunt illucinare Pontifices Romanos cuncti Hispani, prohibentes toto nixu, per venire ad aures suæ Beatitudinis, & Regis has, & alias tyrannides, propter Avaritiam, & Ambitosam Dominationem iam circa tria sæcula senescens radicibus perantiquis iniquitatis.

100 Ob hoc ergo non concludit omne quod in contrarium huic remedio anteriori Capite opponitur, nec testimonium Innocentij: quia hic nõ intenditur erectio Novæ Ecclesiæ, aut Regni aut fidei (quod absit) adversus Sedē Sacratissimam Petri, & volūtatem suā, & Regē immo potius ad illū recurritur, vt juxta antiqua exempla, & velle suum largiatur, & communicet vices suas Patriarchis, aut Primatibus, aut Metropolitanis, & sic isti induti Armis spiritualibus virtutis suæ, & ex alto illo Solio Romanæ Monarchiæ Deiferæque Ecclesiæ, ædificia, & Parietes Ecclesiarum, Indianarum, & Peruvij, diruta, & Ruinam vltimam minitancia, erigantur,

tur, & intuent, te in veniant novam, & hilarem
 faciem Res Ecclesiasticæ sædatae tot sæculis, &
 Sancta Ecclesia extendat Palmites suos, & no-
 vas propagines pariat sua Divina Potestas
 nomenque Xpti dilatetur, vt dulce, & amabile
 apud Indos, quibus vsque modo extitit, ama-
 rum, & odibile, quod sine commotione vi-
 cerum haud pronunciari potest) ob discordias
 & tyrannicas crudelitates Hispanicis: sic nome-
 Iesu penetrabit profunda abyssi Indorum, a
 quos pervenerit, & quod fuit *va luctabile In-*
dis in ore, & manibus Hispanorum, erit inter-
 jectio gaudij, & letitiæ oraculum potenti ma-
 nu Pontificum Romanorum, sigulique Indi xp-
 riani vna voce dicent: *ego autem in Domino ga-*
debo, & exultabo in Deo Iesu meo. O Deus! fiat.

CAP XIX.

QUARE TAM PARVA PERFECTIO, ET
 Sanctitas sit in America.

Va Civitati Sanguinum olla, culus rubigo in-
est, & rubigo eius non exivit de ea. v. 6.

Va Civitati Sanguinum, culus ego Grandem f-
clam Pyram. v. 9. Ezechiel. cap. 24.

TOI

M

Alitia Nimia crudelitatis, & sanguinolentia damnatur hoc loco à Propheta, sub ollæ, & Rubiginis

significatione juxta PP. Lyrani, & Cornelij interpretationem, cum S. Hieronymo, & alijs: olla est Ierusalem, rubigo in durata Nequitia impietas, & obstinatio, præcipitur Prophetae infundi aqua in ollam, significans, quod sicut aqua in olla evaporatur ab igne multo tempore ferri faciente aquam, sic evaporata esset, virtus, & fortitudo ejus, manente olla vacua, & rubiginè plena. In hac Methaphora intimata fuit devastatio Urbis Ierusalem à Chaldeis, tempore Regis Ioachin: Iteratur *ve* luctabilis, *ve* Civitati sanguinum, cuius ego grandem faciam *Pyram*: Idest duplex vastitas destructionis, quasi dicens Ierusalem multum sanguinem fudit, ita, & ego Magnum supplicium, & incendium illi immittam: sed quid, quid sit huius Prophe-tiæ illam Destructionem Civitatis Ierusalem præ-dicens, etiam, certè, destructio Civitatis Regni Coelorum, Id est Ecclesie Militantis Ierusalem, in America potest intelligi, vbi Ierusalem, Id est xpianitas, ædificata fuit, vt Civitas; sed Civitas sanguinum, vel in sanguine innocentum

In:

Indorum, Gentilium, & xptianorum fundata, legatur Destructio Indiarum, scripta à D. Bartholomæo Casas; legatur Fr. Antonius Daza Hispanus Minorita, in Chronica sui Ordinis, legatur Fr. Antonius Calancha ibidem: legantur, & omnes Chronistæ, & Annales Indiarum, & ubi que, in omnibus videbitur sanguis, velut aqua effusus Indorum innocentium, lactentium iuvenum, & senum, feminarum, virginum, & Nuptiarum sine causa, & tantum, ut in sanguine effuso gauderent, vel ut Canes suos, carne Indorum alerent, vel ut sarcinis suis ponderis maximi, suffocarentur lassi, in quo genere mortis occisa sunt plusquàm decies centenamillia millioum Indorum ab anno 1498. vsque ad presens: sed quis numerare poterit Milliones Indorum peremptorum, & pereuntium, specialiter in Peruvio, quæ terra sanguine Indorum rigata, potius vocari potest: *Pereuntium*, ad vsque hæc tempora, & annos ergo, *Civitas Ierusalem, Ecclesia, & xptianitas*, fundata in America, & Peruvio per Hispanos. *Civitas sanguinum est*, ergo *va hule Civitati sanguinum, & cui va, cui Rixa, cui fovea, cui vulnera? nisi isti Civitati sanguinolentæ quæ gloria.*

gloriat in effundendo sanguine multorum, & omnium Indorum, tantum, quia sunt Xptiani, & non sunt Hispani?

102 Quomodo igitur, & qua via poterat, inveniri sanctitas perfecta, & perfectio sanctitatis in terra, ubi tantus sanguis effusus sine Xpto fuit a Xptianis, non invenitur sanctitas Hispanorum venientium ab Hispania, ad Indos, nec sanctitas Indorum venientium à Gentilitate ad Hispanos; non Hispanorum, quia omnes neque venerunt, veniunt, neque venient, nisi ob Divitias Indorum, easque iuste, viribus, & posse abripiendas, & transferendas ad Hispaniam; non Indorum, quia fere omnes transferunt, & nunc Pauci Gentiles transeunt ab errore ethnico, timore, & metu effugiendæ crudelitatis Hispanicæ, nec instruuntur, nec docentur, nec diliguntur, nec relinquuntur libere vivere, & ipsis met laborare, nisi solis Hispanis servire.

103 Omnes ergo declinaverunt, & facti sunt inutiles, & una excepta *Sancta Rosa de Sancta Maria*, orta fuit *Missa*, & ut dicitur *Messisa*: quid aliud Sanctitatis signum erigetur in America? & in Civitate Mexicana, vno excepto *Sancto Philippo de Iesu Minogita Martyre extra suam*

suam Patriam, quia passus fuit in Iaponia, una cum alijs XXV Martyribus, quis alius numeratus fuit vir, aut Mulier inter Sanctos à S. R. Ecclesia? In tanta multitudine xpianorum, Hispanorum, Indorum, & aliarum Generationum habitantium in tota America? verum opponentur, Sancti Turibius Archiepiscopus Limanus, & Franciscus Solanus Ordinis Minorum Appostolus Occidentis, solemniter inter Sanctos Relati ann. prer. 1726. à D. N. P. M. Benedicto XIII. sed hi, quid cum America? Ambonamq̄ ex Hispania iusti famosæ Sanctitatis viri, in virtute probati, venerunt ad Indos. Primus ex obedientia Ecclesiæ Limanæ Archiepiscopus Electus, sine sollicitudine, nec ambitione, per Ostium intrans, nec promotionem quærens (quod est obex permagnus ad perfectionem Episcoporum) & Parens Amantissimus, Defensorque invictissimus extitit, Indorum Conversorum in primitiva xpianitate, Martyr desiderio, agitatus ab Hispanis, quasi contradictor, Patronatus Regij: Secundus S. Franciscus Solanus, vel vnice sicut sol solus respuens honores Patrios, ob Sanctissimam vitam suam, & miracula facta in Hispania,

fugiens æstimationem, ex obedientia, petijt ad Indos, causa eos docendi, & convertendi ad Xptum, quod, & complevit sufficientissime verbis & exemplis Maximis sed nec Primus, nec Secundus, venerunt quæsituri divitias auri, & argenti, Idest *Conveniencias*, ad dandos suos cognatos: ergo *ve* Civitati sanguinum, vbi non inveniatur sanctitas, neque victus vera. *Donec auferatur iniquitas, & finis habeat peccatum*, Idest *Donec Indi plene, & plane, clare, & universaliter, convertantur ad Xptum amore Pastorum suorum, & intrent ad Ecclesiam, aqua tractentur amabiliter, ut filij sui: & habeantur ab Hispanis, & homines xptiani similes sibi, & Hispani depellant tyrannidem, & aversionem, quam habent contra cunctos Indos, & deferant tyrannicam vel potius Hereticam opinionem, quam sequuntur practice, dicentem universos Indos esse incapaces Sacrorum Ordinum, & Religionum, & omnium Dignitatum Ecclesia Xpti: nec nominentur ab Hispanis, ut Neophiti Indi xptiani, à xptianis oriundi in vigesima generatione, nec teneantur tamquam irregulares, solum quia sunt Alterius Nationis, & coloris aliqualis fusci aut semialbi, quia Hispani totam suam Nobilitatem fundaverunt, in sua*

Natione Hispanica, & in colore Albo,
 104 Vnde cum sit impossibilis sanctitas, aut
 perfecta virtus reperiri in hominibus superbis,
 & iniustis, opere, & sermone injuriam, injusti-
 tiam, contumeliam, & dolum, maximaque dama-
 na perpetuè, contra proximum, exsequentibus,
 ut est hæc tyrannis adversus totam Nationem
 Naturalium, erga quos quilibet hispanus, indu-
 bitanter dici potest esse, hoc quod de Mar-
 cione insit Tertulianus. *Scyta tetrrior, Amazo-*
bio instabilior, Mazageta in humanior Amazonè
Audactor, Nub lo obscurior, hieme frigidior, gelu
fragillior; Istro fallactor, Caucaſo Abruptior, ab
 Initio, inventionis Novi Orbis, quomodo inve-
 niatur sanctitas, in xpianitate introducta, cru-
 delitate tanta, & in mortis bellicatione, & fe-
 rocitare xpianorum; qui pro vno Indo bapti-
 zato, necavere, secuere, occidere consumpsere,
 sine baptismo tot centena millium Indo-
 rum, sicut leones agnos sine vocebalantes, ubi
 Indi, recepta xpianitate, sicut si amplexati
 fuissent sectam, vel hæresim, multati sunt pu-
 blica infamia, & non ut xpiani tractantur, sed
 tedio habentur, ut Ethnici? quas sanctitatis ra-
diges Indi haberent contuentes tot mala exem-
 pla,

pla, & scandala Hispanorum? quæ estimatio poterat esse Indis, tunc & nunc Religionis xp- tianæ prædicatæ à talibus hominibus, & tam malæ custoditæ? vbi idem est, fieri aliquis In- dus xp- tianus, quam constitui servus vilis cunc- torum? vbi exuta Gentilitate, induci fuere de decore, cum xp- tiana fide? vbi Indi Principes, & Nobiles Duces, & Decuriones insignes, fi- dem Xp- ti accipientes, peiori infamia, quam Iudæi, & hæretici, multati sunt, tributarij fac- ti, famuli constituti, aperiati vt stercora habiti vsque modo ab Hispanis xp- tianis, expulsi à li- terarijs scolis, & honoribus secularibus, & Ec- clesiasticis? quem conceptum habuerint Indi, circa fidem, cum qua ad ipsos pervenere, & cum ipsis nata fuere, scismata, calamitates, dis- cordiæ, odia, & contentiones, quibus non abla- tis, sed cum illis nutriti Indi, vt Idiotæ, male ab incunabilis instructi, viciosissimè, ad malum fraudulenterque docti, & ducti, & ad solos la- bores, & lucra Hispanorum destinati, omni-ho- nore natalitio suo exautorati? odium pro amo- re, rancorem, pro dilectione, concepisse In- dos, necesse est credere, ad Hispanos talia fa- cientes? quæ perfectio vigeat, in vtriusque fat- cino-

einora tam inmania perpetrantibus Hispanis, impropria, tam crudelia Indis sustinentibus sine merito propter ignorantiam, & inapplicationem, atque interiorem contradictionem? tamen, si vilance æqua perpendatur, virtus, inter Hispanos, & Indos, plurimum interest, & magis inclinabitur pondus ad iustificandos Indos, injusta tolerantés, & bilanx iustitiæ Divinæ, & æquitatis ad salvandos eos, quam ad Hispanicam rationem status Machiabelistici iustificandam: Ideo absolute asseritur in America, si qui sunt salvi, isti sunt Indi Martyres xptiani, quia xptiani sunt Martyrizati, sed quid de hispanis? *ve illis qui in via Caimabierunt, & in contradictione Core perierunt, & errore Balaam Mercede effusi sunt!* tamen si qui Hispani sunt hanc veritatem cognoscentes, & ad Deum clamantes se continent, à talibus flagitijs, Indos iustificandi, salvari quibunt, sed hi rari sunt, si qui sunt! *Hic albo Corvo Riarior esse solet* ergo, non est possibilis sanctitas in America: præsertim inter Iudices, Magnates, Potentes, Nobiles Doctos, & Sapientes qui cuncti, sequaces Rationis status, passionis que Ntionis Hispanicæ, æternaliter protendant

dunt tyrannidem inventam à maioribus suis;
 judicantes tuta conscientia hæc facere: *quia sic*
voluere Maiores, quasi quod est adversus Na-
 turam, jusque naturale, & contra omnia jura
 Gentium, & Regnorum, & Legem Divinam,
 atque positivã Ecclesiasticam, & Civilem, pos-
 sit salvari, per Monstruosam consuetudinem
 tyrannicam injustam violentè exercitam, ad-
 versus quam ipsa Natura clamat, & Deus
 Naturæ stat zelo indutus, ac celerans vindictam
 moribus pravis omnium, tam Hispanorum, quã
 Indorum? quæ virtus, quæ sanctitudo, quæ per-
 fectio existent in cunctis? cum inveniatur im-
 pletum illud Mathæi 23. *Va vobis Scribis, &*
Phariseis, Hypocrite, qui circuitis mare, & arti-
dam, ut faciatis unum Profelytum, & cum fuerit
factus, facitis eum filium Gebennæ? Sic commu-
 niter Hispani (exceptis Sanctis Turibio, Solano,
 & Ludovico Bertrando, & alijs paucissimis, res-
 pectu innumerabilium) qui transière mare O-
 ceanum, & venère ad Aridam Indorum, quos
 fecerunt Profelytos, hoc est noviter ad fidem
 conversos, quos (ait Lyra) propter malam et-
 tam suam corrumpebant in moribus, & Ideo factus
 filius Gebennæ, duplo quam vos: quia sic ille in-
 mori-

moribus deprabatus ad Gentilem Ritum reuertebatur, & sic erat Apostata à Lege, quam obseruare promisserat: & sic in moribus, & fide peccabat: & hoc est contra illud magnificentissimum decantatum Problema Hispanicum, aduersus Indos quod Hispani certè, vt Duces Cœci, Cœcorum Indorum proclamant dicendo: Indos esse proclives ad Idolatriam, & Apostasiam: Nescientes scripturas, nec memores originis suæ; & quod in primitiua Ecclesia fuere multi Apostatae à fide noviter suscepta, & temporibus proximis ad nos, Anglia tota, & multæ Regiones Europæ, & Asiæ, deseruerunt fidem antiquatam, & radicatam, tot miraculis exemplis & virtutibus, quæ operati fuere, Plurimi Sancti PP. & viri insignis Sanctitatis, sapientia, & fortitudine pleni per tot sæcula: ex quibus vniversis circumspicentis oculis veritatis, & iustitiæ

105. Consequens necessarium erat, Indos ad conspectum pessimorum scelerum Hispanicorum, vel dubitare de fidei veritate, vel ab illa apostatare, & Idola quesitum ire; & principaliter cum fere cuncti Indi sint Rudes indocti, illiterati, quod magis extat contra Hispanos, & quod vel in toto, aut in parte sanaretur, si fieret quod

in hoc lachrymabili planctu supplicique libello
proponitur.

106 Addiatur alia ratio, vel consideratio: cum
tam multus sanguis Misionariorum, omnium
Religionum sit effusus ab Indis Idolatris, in
montanis, quare conversi sunt tam Pauci? Res-
poniones duæ offeruntur Prima: quia Misa-
sionarij Hispani, & præsertim Europei sunt al-
terius Nationis, & semper secum ferunt inna-
tam oppositionem tam cõtra se ipsos Hispanos,
Europeos, & Criollos, & isti vtrique, contra
cunctos Indos, quos non humaniter atrahunt,
sed dura, & inimiti conversatione per tractant,
magis ferunt inter Indos zelum Dominationis
Hispanicæ, quam Regis Iesu Xpti Regnum; &
quamvis eant ad Indos, in apparientia: *sicut*
ovès inter lupos; sed non Prudentes, sicut Serpen-
tes, & simplices, ut columba. Ideo perdunt mes-
sem multam, conversam, & conversos disper-
gunt, vt factum ploratur, ann. 1749. in conver-
sionibus del Zerro de la Sal, vel Montis salis,
ad Ordinem Sancti Francisci pertinentibus: vbi
propter iram, non repressam, obque imprudens
zelum cuiusdam Misionarij Hispani, Europei
corrigentis quemdam Indum Nobilem, & du-
cem

cem inter Indos, leuiter errantem, posuit Iacob
 pidem scandali, ad perditionem septem Popu-
 lorum Indorum nuper conuersorum, quæ per-
 ditio ad huc perdurat, intra illos Montes, vbi
 Indi xptiani, fugientes, introrsum, ad Genti-
 les vsque modo sunt, sine Pastoribus, quos li-
 cèt petierint, non sunt eis dati, vt iam plora-
 tum est. Cap. 2. f. 21. huius Planctus.

107 Secunda Ratio: Deum velle hoc Mag-
 num opus totalis conuersionis Indorum, fieri
 sanguine ipsorum xptianorum Indorum, Epif-
 coporum, & Sacerdotum, suæ propriæ Natio-
 nis: Non ne Sancta Romana Ecclesia, sic per-
 venit ad Magnitudinem quam nunc habet, per
 effusionem sanguinis suorum Pontificum qui
 cuncti (excepto Divo Petro Iudeo) fuerunt Gé-
 tiles, vel nuper conuersi, aut filij Gentilium
 Neophitorum, vsque ad tertium sæculum, & vs-
 que ad Diuum Syluestrum triginta tres Papæ
 Summi fuerunt Mattyres Xpti, nemine dempto,
 sic fuit fundata illa Sedes excelsa, caput xptia-
 nitatis: sic fuit in alijs cunctis Regionibus, &
 Regnis, vbi sonus Apoptolorum auditus fuit,
 vbique enim, Plurimi Episcopi, & Sacerdotes,
 inuenitur facti Pastores, ab Apoptolis, & Pri-

mis Pastoribus, vt suos naturales, converterent,
 & sic ab ipsis suis fratribus, cognatis, & Pa-
 rentibus necati fuerunt, nam hi qui hodie per-
 sequebantur Sanctos, cras iam xptiani facti,
 occidebantur ab alijs, & Sancti evadebant: ali-
 quando, ait S. Cyprjan. Ep. 57. *non singuli Mi-
 lites, sed tota simul castra prodirent*, multiplica-
 batur numerus credentium, quasi fontes scatu-
 rrent xptianos; taliter, vt celeritas tyrannorum
 in occidendo fideles, haud valebat eos extin-
 gre, singulis diebus, & horis, magis, magisque
 numerus augebatur mirabiliter fidelium, sic-
 que breuiter impletum fuit vllud vatis David
dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur,
Psalmi 38. & aliud Dominare in medio inimicorum
tuorum 109. & si Arma Romani Imperij suæ
 Ditioni subjugantis tot Regna, & Regiones Bel-
 licas, starent contra xpticolos, nihil hominus;
 non præ vavaluerunt contra Ecclesiam, quæ
 ideo plus crescebat, dum persecutio non cesa-
 bat, ipsi Reges, & Principes experiebantur in
 se ipsis Divinam vltionem, & pluries, visi fue-
 runt ipsi Persecutores, conversi; & facti Præ-
 clarissimi Defensores, & Invictissimi Athletæ
 fidei Xpti: hoc totum, & infinitum, quod Re-

inquitut, factum fuit ab Appostolis, & Sanctis
 Succesoribus suis, qui euntes, missi à Xpto, vel
 Uicario suo, intravere non cecum ferentes, ne-
 que quærentes, *aurum, neque argentum, neque*
pacuniam in Zonis, neque peram in via, neque vir-
gam: ve ergo Civitati sanguinum: Perji sanctus
à terra, & Rectus in hominibus non est omnes in
sanguine infidiantur, vir fratrem suum ad mor-
tem venatur: ve Indis ad mortem aucupatis sub-
titulo xptianitatis.

CAP. XX.

Ve Duplici corde, & labijs scelestis, & manibus
malefacientibus, & Peccatori terram ingredientibus
duabus vijs. Ecclesiastici. 2. v. 24.

107 **C**ORDIS, oris, & operis Duplicitas
 tripliciter notatur, hoc *ve* secundū
 Lyram, & Cornelium: ex duplici
 enim corde prodit duplex os, Id est labia scē-
 lesta, ficta, & dolosa: & ex his manus malefa-
 cientes, pauperes lacerantes, sua quæque ab-
 ripientes, occidentes: & hi sunt peccatores
duabus vijs terram ingredientibus, Hypocritæ,
 ficti.

fictè, & fraudibus pleni, vana loquentes, *in corde,* & *corde locuti sunt,* tales fraudulentè, cor
 vnum intra pectus habent, & abscondunt: &
 aliud cor in labris, manifestant: similes sunt
 Perdicibus Paphlagoniæ, quæ sunt vicordes,
 fraudulentæ, & Perniciosæ, & iuxta S. Ambros.
 exam. cap. 3. lib. 6. Perdix dicta à perdendo,
 sed perditio, quæ plangitur exorta fuit ab illis
 vicordibus Perdicibus Hispanis, hanc terram
 Americæ, & Peruvij intrantibus duabus vijs,
 claudicantibus, in duas partes, Idolum Auri,
 Argenti, & divitiarum quærentibus, & Deum
 in labris habentibus, ex eorum ore, *Deus,* audie-
 batur, sed melius *Dis Pluto* Divitiarum *Deus,*
 quam *Xptus,* credebatur ab Indis, Ideo isti cre-
 dentes Aurum & Argentum, esse Deum Hispano-
 rum, antequam illud Hispanis Exactoribus suis
 darent auro, & Argento veluti Numini His-
 panico sacra faciebant vt eis placarent: hæc Du-
 plicitas Cordis, Duplicitas oris, & Duplicitas
 operis, triplicata, quæ tunc in principio ingre-
 sa fuit cum Hispanis ingredientibus ad Indos,
 hadhuc perdurat, & quotidie ingreditur, cum
 Hispanis Magnatibus, Proregibus, Auditori-
 bus, & Iudicibus cunctis, & cum omnibus, Ar-
 chipis.

chiepiscopis, Episcopis, & cum omnibus Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus, & quod lacrimabilius, & abominabilius est, etiam cum Missionarijs omnibus Hispanicis, intrantibus, duabus vijs: prima via, est Ratio status, & solidatio, Domini Regis Hispaniæ, Nationisque Hispanicæ, stabilis possessio perpetua totius honoris seclusis cunctis alijs, qui Hispani non sunt: secunda autem, & maioris importantiæ est prædicatio fidei, Indis Gentilibus, ad quorum Doctrinam, cum debeant intrare nihil ferentes, in via, nisi tantum virgam directionis, quæ est virga Regni Xpti, juxta illud Psal. 44. *Virga Directionis, virga Regni tui.* Introducunt tamen, virgam Regni temporalis, timore, & rigore, & sic per hæc duo sæcula nec vnus Indus Gentilis Conuersus ascriptus est Militiæ Ecclesiæ, in aliquo ordine Conversionem Indorum habente, quia Indiconuersi in montanis, eandem sortem habent, in honorationis, & dedecoris, quam reliqui Indi extra montes, antiquitus ad fidem reducti; quia neque hinc, neque illinc, erudiuntur, vel docentur, & ut Bestiæ, & Bruta animalia reputantur. Virga ergo Directionis per literas, per Doctrinam, per amorem, & per es-

tima-

mationem, haud viffa fuit vſque modo inter
Indos, nec expectari poteſt: dum vigeat Do-
minatio Hispanicæ, potica, & absoluta: in quin-
to Decimo ſeculo, inceperunt tot mala Maxi-
ma, & plurima Indorum, tamen celata, ſub
nomine Conversionis, armorum ſtrepitum de-
monſtrantia, incutientia, timorem Indis, ut pro-
derent Divitias ſuas, & emerent ſuam capti-
vam ſervitutem, manentes ſervi viliffimi, pretio
eodem ſervitutis, quam numquam evaſerunt:
Proh Dolor, quam maior eſt præſens, illo an-
tiquo, & Primario! nam tunc erat contradic-
tio inter Hispaños xptianos, & Gentiles Indos,
nunc autem eſt Discordia inter utroſque xptia-
nos, filios ejuſdem Eccleſiæ; eidemque Regi
Catholico ſubjectos, & contra leges ipſius Regi-
ſ, quas peculiariter condidit ad bonum Re-
gimen Indorum, quæ quaſi non fuiſſent reſpu-
untur: ſed quid Hispañis de ſuis ſanctionibus
Regalibus? ſi ipſi contempſerunt cuncta jura
Naturalia Divina, & Eccleſiaſtica, ordinata, ad
Requiem Pauperum, Indorum: ſole obedientia
tur illæ leges reſpicientes, vel tangentes (per acci-
dens ſine intentione Regis) damnum Indo-
rum, ut ſunt leges præcipientes, ne Indi tran-
ſea

feant ad Hispaniam. Hoc Malum Maximum
 inmedicabile, & insanabile manet in æternum,
 quia non est loquens veritatem, ad aures, Pon-
 tificis, & Regis, nec faciens misericordiam,
 nec vacans causę Dei, nam certissimè, erga In-
 dos, & pro causis Indorum defendendis, non
 est veritas, neque misericordia, neque scientia De-
 i in terra, quia maledictum, & mendacium, & fur-
 tum, & adulterium, & homicidium, inmundave-
 rum terram istam America Occidentalis, ubi oc-
 cisionis continua Indi facti sunt, sicut oves, &
 sanguis sanguinem tetigit. Osee 4. ab Initio,
 omnes avaritia studeat: quę sua sunt, & non sunt
 querunt, & Rapiant quę sunt Xpi dispergunt,
 & mactant, [Machiabelismus] practicè præ va-
 let, passim Hispani adversus Indos Fingunt Re-
 belliones, ut contra Pauperrimos insurgant, fal-
 so accusantes, de criminibus, ab eis nec cogi-
 tatis: hac Doctrina Hispani instructi, omnia
 quęcumque volunt contra Indos, iudicant, lo-
 quuntur, & faciunt, & sancta habentur & ut li-
 cita, ab incunabilis, crudeliora scelera perpe-
 trantur, quibus subversio, & aversio à fide in-
 ter Indos conspiscitur, Istorum Paucissimus nu-
 merus, quotidie, diminutus contuetur, nec est
 qui

qui clamat ad Maiores Principes *Papam, & Regem*, quia omnes, qui senseri possunt Amici Indorum, sunt Adversarii sui, & tantum sunt thesaurorum Indicorum Amici, *in operibus, quibus credendum est*; sed redeamus ad locum unde exivimus, ut per veniamus ad finem.

108 iam certè tota Natio Indorum xpiana esset si ex illis Longa, series, & Cathalogus pergrandis in veniretur Episcoporum, & Sacerdotum ab ipsis met Indis pro fide peremptorum, sic enim fuit conversio totius Gentilitatis Mundi veteris: terra vero Americana respersa est, usque modo parvulo hyfopo aliquorum Ministrorum, & Sacerdotum, Religiosorumque Alterius Nationis, penes quos præsumitur radicata passio suæ progeniei Hispanicæ, & (forfan in vita, & sine culpa quod Deus scit) contradictio cum Natione Indica, quare nec Martyres vocari debent, nec vixisse aliqua signa, que super naturalia, & Miraculosa reputentur: quia si aliqui Missionarii occisi sunt ab Indis, non quia sunt Missionarii xpiani, sed quia Hispani, & in vindictam ingentium orribilium, & atrocium occisionum, suæ Nationis ab Hispanis in principio, & nunc, & semper, &

ut iudicant Hispani per omnia sæcula sæculor
 peractatum; tollatur lapis iste offensionis, hæ
 Petra scandali, fundetur pax Xpti, facta resti
 tutione honoris, & Iustitiæ omni Nationi hui
 humili, & laceratę, exeant exiptis multi eruti
 qui ordinati Sacerdotes, & Episcopi Pręlati, &
 Religiosi convertant, & confument fratres suos
 publicetur: Nationem Indicam non esse irre
 gularem, ut talem, ad omnes Dignitates sæculi
 & S. Ecclesię, etiamque usque ad supremos
 gradus illius posse accendere, cognoscatur, &
 auferatur injuria illi facta, exulanti, ab humil
 limo statu Religioso, apperiatu ei ostium ad
 perfectionem Sanctitatis obtinendam; & tunc
 experietur terra Americana, quę tam ferax est
 Auri, Argenti, & Divitiarum, esse feracissima
 omnium virtutum, Nondum enim imbuta fuit
 sanguine xptiano, suorum Naturaliũ, pro Xpto
 effuso, & donec non scateat canalibus plenis,
 qui sunt Episcopi, & Summi Sacerdotes pleni
 tudine Potestatis Induti, non est secundanda
 Ecclesia, in America, *nec rete Apostolicum*. re
 plebitur magnis piscibus, scilicet viris Magnę
 perfectionis, & sanctitatis, totali Conversione
 Indorum, & vnione Hispanorum cum ipsis.

109 Via hæc à Xpto D. fuit data, per eam
 ambulavere omnes Ecclesie, & cuncti viri Ap-
 postolici, nec alia est. quærenda, hæc derelicta,
 quam B. Petrus docuit, ut refert S. Clemens
 Papa, & SS. Lucius, Anicetus distin. 99. qui
 confirmant. Sic ordinatum ab Apostolis. SS. Ana-
 clet. Anicet. quæst. 6. & 5. Cap. Siquis puta-
 verit: Cap. s. inter Episcopos 6. quæst. 4. vbi dis-
 ponunt. Vbiqumque conversionem esse. Gentiam
 constitui debere Primatem ad quem ab Archiepiscop.
 & Episcop. appelletur S. Gregorius Ep. 16.
 quæst. 1. cap. & temporis qualitas habetur ait:
 Necessarium ergo est in singulis Civitatibus, eorum
 qui convertuntur, ut constituantur Episcopi, &
 alius Gregorius Pap. cap. habet 16. quæst. 1.
 à Bonifacio, inquit. præcipimus, ut juxta Cano-
 num statuta, ubi multitudo excedit fidelium ex
 vigore Apocæ Sedis debeat ordinare Episcopos, pla-
 tamen contemplatione, ut non vilescat Dignitas
 Episcopalis. Nequaquam vilis esset talis suprema
 Dignitas, si à principio Indi xptiani, Nobiles
 habilitati fuissent, ad ordinationem Episcopa-
 lem, asumendam, ut justum erat: & sic hodie
 ex ipsis instructis Nobilioribus, & peritioribus:
 isti eligerentur, non vilesceret Dignitas Episcop-
 C c palis, (quid

(quid, quid dicant Partes Adversæ Hispani
Immo estimabilior esset apud Indos, qui viden-
tes, suum propriū & in sua Natione illud Mag-
num, & mirabile Decus Episcopale, & Ponti-
ficiam Dignitatem, Plurimi eam haberent, præ-
tiorque Maximo estimarent, gratulantes de *Dra-
ma inventa* quæ ab ipsis perierat, per tot sæcula
& sicut Gentiles Romani Itali, Hispani, Fran-
ci, Britani, Germani, & omnes Nationes, Con-
versæ, ad Xptum de ipsismet habuerunt, &
habent suos Episcopos, Presbyteros, & Reli-
giosos, & ex illis erit illa turba Magna sancto-
rum, *quam dinumerare nemo poterat*. Cur Ind-
xpiani non erunt sic, & quare illis impeditur
sanctitas, absconditis ab eis Dignitatibus Ec-
clesiæ, & statu Monastico?

110. Hęc via plana, & recta dedit Xpto Dno
illis Magnos Plurimos, SSmos viros succesores
S. Petri, & aliorum Appostolorum per quos
universa terra collum Evangelio sumisit, per
has vias rectas deducta fuit Gentilitas, ad Deum,
& Regnum Dei ostensum fuit illi, hanc viam,
Sanctorum scientia docuit nos, ut laboraremus,
ad complendam Dei voluntatem, ambulando
per eam, propterea que, non est hominibus ex-
cogitanda.

ogitandum aliud iter alienum ab isto trito,
& planato ab ipso Xpto Domino, & App. suis,
sic erigenda est de novo Ecclesia Indorum, iam
quasi diruta, & minitans ultimum exterminium,
magis, magisque quotidie, novis, calumnijs,
injurijs, contumelijs, dolis, vexationibus, falsi-
tibus, persecutionibus, occisionibus, sangui-
nolentijs, injustitijs, a parte adversa Machiabel-
listarum, perpetratis, quibus ferè tota (specie-
liter in Peruvia) proxima est ad Apostasiam,
& stupenda desperatione, fugiendo talia, atro-
ciora damna, vult se tradere morti æternæ, ja-
ciens se in ardua Montium, horrens cruciatus
Hispanicos, præsentis, in his annis, ab anno,
1741, & deinceps in quibus coacerbata sunt
contra Indos, omnia maxima, & terribilia ma-
la antiquis flagitijs majora, & nova, qualia nec
ab Antichrysto facienda, contra Catholicos,
à Catholicis, videbuntur, propter imaginatam
Rebellionem illius Indi. de quo supra &c. Cui
Rebellioni, (si Rebellio vocari potest fuga ti-
mens tyrannidem crudelissimam Hispanicam)
Indi Peruvij Cives, & incolæ numquam ultra
montes concencère: tamen apud Hispanos cūc-
si Rebelles sunt, & Traditores, atque loco se-
dan-

di scandalum, agrabant, & super gravissimum
 jugum plusquam duobus sæculis toleratum ab
 Indis, Hispani (non Rex Catholicus qui sem-
 per fuit amator Indorum, & cunctorum qui
 commiseratione suos Indos prosequuntur) imi-
 tando Regem Roboam addunt maiora oner-
 ra graviora flagella, & cæciones, crudelissimis
 scorpionibus Indos vulnerando, & falsis tes-
 timonijs persequendo illos quos sentiunt habere
 eandem piam miserationem erga Indos : se-
 quendo dogma Machiabelli ad justificationem
 vinculorum: in carcerationum, compedum, re-
 legationum, & internectiois huius miserime
 Nationis, & ad beatificandum latrocinia, & cõ-
 sificationes bonorum suorum. *Va multitudinẽ*
Populorum. Ve, ve ve, O centum millies va, va,
va habitantibus terram, va Indis Fereuntibus
in Perù!

III Sed hoc *va* luctabilissimum si auferretur,
 & observaretur exemplũ antiquorum sapientiam
 sequendo prudenter, neque ambuleretur per
 extrema, tenereturque locus, medius, securior,
 juxta D. Bernardum : *tene medium suis non per-*
dere modum, locus medius tutus est, quanta secu-
ritas, exultatio sanitas, & fertilitas in omnibus
se:

sequerentur! *state superetas, & videte, & intera-
 rogate de semitis antiquis, qua sit via bona, &
 ambulate in ea, & in venietis requiem animabus
 vestris* Jerem. 6. & Salom. 12. Prov. Ne tran-
 grediatis terminos antiquos, quos posuerunt Pa-
 tres tui: sapientiam omnium antiquorum exquiret
 sapiens Job. 8. interroga generationem pristinam,
 & diligenter investiga, Patrum memoriam. (ex
 terni quippe summus, quod sicut umbra dies nos-
 tri sunt super terram) & ipsi docebunt, hæc,
 plurima & alia gravissime incunant Primos, &
 Posteris Hispanos tum sæculares tum Eccle-
 siasticos cunctos, Prorreges, & Episcopos de
 maximo damno, conversioni Indorum facta,
 quia deserta fuit via vera plana, & recta, ad
 totalem Reductionem Indorum; ad xpianif-
 mum, & novus modus inventus sit, per debel-
 lationem tyranicam, & crudeliorem, qui quam
 inefficax fuerit, & nullius virtutis, ad conse-
 quendum finem talis Conversionis, nunc vides
 tur practicè, sole patientior, & lamentatur, in-
 enarrabilibus lacrimis, qui novus modus Ma-
 chibellicus, absit, ut ultra practicetur: Im-
 mo ambulantes xpiani cuncti, & Caput xpian-
 nitatis Pater SSimus Rom. Pontifex, per ves-
 tigia

tigia Gregum, & iuxta tabernacula Pastorum
 euntes, post ipsos, inveniatur, à Gentilitate, &
 xpianitate, Indorum Occidentalium, Sponsus
 Xptus, acubans in Meridie, seu America Me-
 ridionali, & tota hæc Gens Dilacerata, & con-
 vulsa & Populus terribiliter conculcatus, postquam
 non est alius, expectans angelos veloces. Missos,
 à Patre Summi Dei vicem Gerente, Conversa
 erit ad Deum Xptum D. N. cuius hæreditas,
 & possessio est Gentilitas, ex qua facta Eccle-
 sia, de ventre sterili, & senescente, inveniatur
 secunda Parens, & letissima Mater gaudens,
 habitare multitudine filiorum fidelium in Do-
 mo Dei, quam deest sanctitudo: fiat, fiat.

¶ 12 Rupto hoc modo: Medio Pariete, posito
 ab Hispanis, & ab ipsis sanguine sparso, per
 ipsosque; etiam lapides illius continuè claman-
 tes sunt. Cum fuerint xpiani Catholici, quis
 talia horribilia crediturus esset? sed jam cre-
 datur lapidi clamanti, & lugenti de pariete in-
 clinato, & de Maceria depulsa Natione Indiana?
 & quis habiturus fuisset tamquam Catholicos
 homines xpianos, hæc perpetrantes? Certe in
 hoc facto, suspendatur iudicium, & Relinquatur
 Deo talia permitenti, quod est vulgare ef-
 fugium

fugium Prudentiorum aliquorum Hispanorum
 xptianè, talia contemplantium. Hoc modo in-
 quam: *fieret in Xpto Iesu Lapide Angulari, &*
pretioso, ex utraque unum. quia sicut Iudaicus
 Populus distinguebatur, à Populo Ethnico, in-
 ter que ipsos mediabat Paries, quem rumpens
 Xptus D. N. fecit unam Ecclesiam, ex ambo-
 bus Populis, pariter Antiqui Hispani Debe-
 latores Americæ, imitantes Iudeum Populum,
 (quasi Hispanus Populus fuisset, Populus Hæ-
 breus) Adversarij constituti sunt Populi Indici,
 acceperunt Indos ad baptismum, & alia Sacra-
 menta, exceptis Sacerdotio, & Religioso statu,
 sibi solis reservatis, & habent Indos xptianos,
 tamquam Ethnicos, Irregulares, & Inhabiles in-
 differenter Nemine dempto: nec valet ad de-
 fensandum eos de calumnijs, excogitatis ab
 Hispanis, quæ eis obiciuntur: illorum fides tã
 facillè recepta, tam fortiter custodita, amabi-
 liter amplexata, nec ad aliquid deservit instruc-
 tio aliquorum Indorum, qui inveniuntur suf-
 ficienter literati, qui debuerant, non solum ad
 Sacerdotium, & Religiones, promovèri, & re-
 cipi, verum etiam ad Episcopatum juxta S.
 Grog, Mag, lib. 7. Ep. 5. Respondentem, ad
 Ari

Ariminenses petentes sibi dari Episcopos ab alia
 Civitate : si in eadem Civitate, qui ad hoc sit uti-
 lis invenitur, ita, ut à nobis reprehendi non possit,
 vestra concurrat electio : ut nullum de altera, eli-
 gi permittas Ecclesia, nisi forte inter Clericos ip-
 sius Civitatis, in qua visitationis impendis officium,
 Nullus ad Episcopatum Dignius, poterit inveniri.
 Cælestinus etiam, in Decret. Distinct. 16. Nec
 in meritò in suis Ecclesijs Peregrini, & extranei,
 & qui aut ignoti sunt ad exclusionem, eorum, qui
 bonum Civium suorum, merentur testimonium,
 ex hoc patet hos Sanctissimos Papas, voluisse,
 ut ubi fides recepta, & pacificè, Lex xptiana
 observata fuerit, non debere admitti Episcopos
 Peregrinos, sed Naturales constitui, unde cum
 Hispani sint respectu Indorum, Peregrini, ex-
 tranei, Advenæ & Alieni, & hoc est stabilitum
 firmissimè ab Hispanis ipsis : sequens est : non
 debere solos Hispanos præfici Ecclesijs Indo-
 rum, sed etiam Indos Incolas, & Naturales, non
 Peregrinos, neque Advenas : verum ad hoc, di-
 cunt, Hispani ; & benedicunt (mala dicendo)
 veritatem : Indos existere Peregrinos, Alienigo-
 nas, Advenas, & extorres, in terris suis, ut Ie-
 rem. 5. *trenorum* plangebat, exules enim sunt
 Indi ;

Indi: à Regione sua, solo suo, Civitate sua, & ab Ecclesia, & ipso Cælo per Hispanos, quod si possent Hispani eos exulare, à Beatitudine, non recularèt, impedirètq̃ illos ad Empirca introire, & verissimè quantum potuerunt, jam fecerunt, & facientes sunt modo, quando videntes, aliquos Indos aliquantulum, exellere, & eminè, inter ipsos Indos habereque aliquid plus Rationis, & expelli ab ipsis antiquam barbariè, in qua volebant, & volunt Hispani Indos sèper, manè, & quia faciunt filios suos, aliquantuliter literas noscere, & studè, & latinitati, aliquosque Indos paucos, quinque, vel sex in toto Peruvia ordinatos Presbyteros, acusannt eos de Rebellionè, & contra ipsos insurgunt testes iniqui, arguentes de lesse Maiestatis Crimine, ad hoc autem quid? *nisi va Civitati sanguinum, & quòd impletur illud, fugit impius ne mine per seque.*

113 O Mores pravi cunctis omnino dolenda
 O Miceranda nimis morum Mutatio! ut
 plorabat S. Ubilibaldus in vita S. Bonifacij Archiepiscopi Germanorum Appostoli, & Martyris, Conversionem, & pietatem illius Gentis noviter xptianæ, fervoremque circa Religio-

nē Catholicam, & statum Monasticum, & quòd illa prisca xptianitas dicebat: *qui pro fragilitate nostra, à consuetis Mundi illecebris, penitus continere nequimus, saltem alios continentes ad seruitium Dei congregemus illos nostris corporalibus subsidijs, ne per eamus, & Indi xptiani hoc plorant, & plorare debent, irremediabiliter: ipsi enim à principio Conversionis sudore, labore, eleemosynis, & tributis, & colectis, còmnibus suis, liberali, & hilari corde edificavèrè cunctas Ecclesias, Cathedrales, & Parochiales, & omnia Monasteria, & Claustra, Domosque, Religiosis viris, & Monialibus, eo nixu certe, & fiducia, ut in ipsis Ecclesijs, & Conventibus instruerentur, doctrinarentur, reciperentur, & numerarentur, inter Ministros Ecclesiasticos, filij, & filiaè eorum, facti Presbyteri, fratres, & Moniales, Mortuique sæculo sepelirentur, sed Omnes præbil in casum fuit labor Indorum, quia Nemo illos conduxit, immo omnes eos repellunt, à sùceptione Sacerdotij, & Religionis: nam dicitur ab Hispanis: *meltus fore, statum Religiosum, perire, Sacerdotesque non esse in Ecclesia, quam Indos esse Presbyteros, & Religiosos, licet sint xptiani non Neophyti, & in-*
*habili**

labili vita; solum quia Indi sunt. Tamen sciat
 Mundus, Paterque Sanctissimus ovilis Xpti
 Pastor, quod in America Peruntina, si aliqua
 xptianitas existit simplex, humilis, Devota pia-
 que erga cultum Dei sine fraude, hæc tantum
 inter Indos invenietur, in solis his Neophytis
 (lice non fiat Neophyti) vivit fides Catholica
 pura, Devotio vera, & xptianitas fervorosa, &
 fervor chantatis, cui bene applicabitur, senten-
 tia ejusdem S. Ubilibaldi, circa illam Pietatem
 antiquam Germanorum: *potest agnosci, quan-
 tum Perfectiores fuerint illi Neophyti Isthis Pa-
 tribus Doctissimis,* apud Laurent. Surium Men-
 se Maij: quando illa Monasteria, Conventus, &
 Ecclesias quas, quos, & quæ Indi erexere pro
 bono spiritali omnium, Hispani Corrupterunt
 ad cultum ventris, & ad lucrum ambitionis, ad
 coacerbandas divitia, (excoiatis pellibus Indo-
 rum) pro ditandis cognatis, & Nepotibus suis
 Hispanis: *va Indis Miseris! va!* ad quem Indi
 deprecabuntur? non Regem, qui Regem non
 habent, nisi per fidem Celatum, velamine le-
 gum impediendum transire ad conspectum su-
 um: non Proreges, quia isti, & cuncti Minis-
 tri tantum sunt positi, ad eos, illudendos sub

nomine protectionis, & defensionis, & inquarelis suis, ad sua Tribunalia præsentatis, remittuntur à Proregibus, ut eis justitiam faciant. Correctores Indorum, qui sunt eorum, Persecutores, Percussores, & occisores; non ad Episcopos, quia isti ligati sunt ad defendendos Indos triplici funiculo, vel affectionis ad suam ipsorum Nationem Hispanicam, vel avaritiæ, & ambitionis sollicitantis altiore, & ditiores, promotionem: vel Patronatus Regalis. Indiquo ibunt? ut salventur, ut lacrimæ suæ, ululatus, & Gemitus sui abluantur, audiantur? Proh dolor! quis ab oculis suis auferet fontes aquarum, ut quiescant a ploratu, Die, ac Nocte? quis transferet hos fontes lacrimis plenos ab oculis Indicis ad oculos Hispanicos? qui utinam plorarent suam ipsorum, & Indorum Damnationem.

¶ 14 Maximè hæc tempestate præsentis, quando ad literam videtur reperiri illud dictum à D. Bartholomeo Casas suo lib. Destructionis Indiarum ubi ait hic Zelator Indorum. Catholicus vir, & Sapientissimus Episcopus: *non est motto parva Indorum, quæ Hispanis baud Rebellio videatur, si plorant soli inter ipsos suas Misérias,*
hi

hic ploratus est Rebellio: si se congregant, ut
 conferant concilia sua, quomodo Regant suam
 Miserrimam Gentem, & ridiculam Rempu-
 blicum, hæc congregans est Rebellio: si fugiant
 oculos Hispanos, qui cuncti, & vniue sunt
 Argos centum oculis videntes, leuiore gresus
 Indorum, hæc fuga, & timor, est Rebellio: si
 se præcipitant ad Montes fugiendo tyrannidem
 hanc, hæc est rebellio. O Sancte Deus! quid
 facient Indi, quod benefactum viffum fit His-
 panis? ut quid non consumunt illos, & de ter-
 ra abolēt hanc Generationem inuisam cunctis?
 deleatur de terra, & finiatur jam Mors pausa-
 ta, & longa, vbique, & vndequeque amarif-
 sima, millibus lamentationibus plena, ita fuit
 Rebellio ponderata ann. 1750. ab Hispanis
 ipsis apperietibus oculos Indorum simplicium,
 quorum respiratio Gemitus, ploratus, calami-
 tas, Miseria fuga, levisque motio Rebellio ima-
 ginatur ab impijs fugientibus, Nemine eos per-
 sequente: *va illis! quis eis ostendet fugere aven-
 tura ira Dei, accelerante vindictam tanti patra-
 ti flagitij?*

115 O Deus Bone, Magne, & Omnipotens;
 Adonai, Sancte! qui ex ore tuo promisisti:

*ecce ego mittam Piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hac mittam eis, multos venatores, qui venabuntur eos de omni Monte, & de omni colle, & de cavernis, & Sacerdotes eius Induam salutari, Hierem. 16. quæ verba ate Appostolis tuis, dicta fuere, faciam vos fieri Piscatores hominum, quibus venerunt ad te omnes Gentes longinque, remotissimæque Nationes moribus suis ruri, & Bestialiter viventes, Barbaræ, atque Idolis servientes, ad te Gentes venient, ab extremis terra te ipsum Gentes deprecabuntur. Domine Pius, & Micericors, Magnæ sylvæ copiosa venatione patefactæ sunt inter Indos Americanos, mitte multos venatores tuos, Piscatores suos, qui à vestro Maximo Piscatore Romano, vices tuas, Gerente in terris, ad hasterras Missisint: tu enim dixisti, Michæ 5. *sucitabimus super eum septem Pastores, & octo Primates, fac, ut Uicarius vester Romanus sucitet super nos, multo plures Episcopos, & Metropolitanos, in hac Regione Novi Orbis vastissima, qui pascant nos, ut Pastores, Nostri: tu scis Domine improprium nostrum, & quod nobis hi Pastores, vsque modo inutiles fuerint, fac Domine, ut deatur Nobis, illi Pastores,**

res, & Primates, quos nos non elegimus, nec electuri sumus, sed sicut accepimus, accipiemus, quos dederis nobis, per manus Vicarij tui, & Summi Pastoris Nostri, qui sint Principes, Magistri, & Domini Nostri, iucita ergo super nos hos Pastores, & Primates, ex Nobis ipsis, fiet facitasti filium tuum ex Nobis qui est similis Nobis frater Noster, & Deus Noster. Pastores dentur Nobis, querentes omnes, Bestias sylvestres, nulla earum nos venata maneat, ab Amoris hamo pleno tuæ pietatis; cunctæque reductæ ad Mansuetudinem Evangelicam, vna voluntate concordés, in vnione charitatis tuæ habeant vnã voluntatem, in corde, vnã fidem in Mente, eandem pietatem actionum, & sic vniversæ laudantes nomen terribile Magnum, & Sanctum tuum, in toto Orbe terrarum, dignè, & perfectè, vno ore, à tota hac Gentilitate à te conversa tibi dicatur, & confiteatur: laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes Populi, quoniam confirmata est super nos Misericordia eius, & veritas Domini manet in ætænum. Amen.

116 Ad Vos igitur Sanctissime, & Bmc. Pater, & Domine convertimur, & recurrimus cuncti
Natu-

Naturales Indi xptiani harum occiduuarum Partium Americæ, Peregrini facti fratribus Nostris, extranei que reputati filijs Catholicis, Matris Nostræ Romanæ Ecclesiæ, vos qui habetis vices eius, qui: *exelsus dominatur in Regno hominum, & cui voluerit ipse dabit illud. Deut. 4 intueri, & respice oprobrium Nostrum, & abiectio- nem de exelso trono Majestatis vestræ, respicite pretiotum sanguinem Pastoris Nostræ Xpti Iesu, effusum pro Nobis ovibus suis, qui quasi non pro Nobis; nobis denegatur ab hominibus xptianis Catholicis Potentibus, Magnatibus, Hispanis Correctoribus, Iudicibus, & lamentabilius ab ipsismet Pastoribus, Sacerdotibus, & Religiosis. Conteratur jam mille forme caput venenati serpentis, in discordia, a sebat ad S. Greg. VII. S. Petrus Damian. Cecet co- mertiam perversa Negotiationis, in avaritia Correctorum, & Iudicum Hispanorum, ementium in Orbe Novo pretio, & certa taxatione Guvernationes, & Iudicaturas Magistratus, officia Indiarum, quo etiam, emuntur, & veneunt Indi, ut servi, famuli, & Mancipia Hispanorum: Nullam jam monetam falsarius Simon in Ecclesia fabricet. Nulla Græzi, presente scientia*
Docto.

*Distoris Providi, & Protho Medici furtiva Do-
na reportet: & in collatione beneficiorum ma-
iorum, & minorum, atendantur hæc veritas, &
Iustitia Nostra, ne dentur nobis Lupi rapaces
pro Pastoribus: intrent per ostium Canonice
electionis ad ovile Xpti; & non per electio-
nem laicorum, à quibus constituta, sunt ve-
nalia omnia bona Patrimonij Xpti, pretioso
suo sanguine empta, ad Redemptionem mul-
torum, sed in America, ad venditionem Indo-
rum, & ad Damnationem omnium, & ad lu-
crum temporale Potentum Hispanorum, pro
cuius avaritia gratis venandatissimus: jam co-
lumba recertatur ad Archem, & virentibus folijs
pacem nunciet redditam terris nostris: finito di-
ludio, univrsæ generationis Indorum, quod
tria sæcula, furentibus vndis, hiscentibus vor-
ticibus, & voraginibus cupiditatis Hispanicæ,
nos deglutientibus, cum tyrannica dominatione
numquam sub coelo viffa, perpessi sumus, pa-
tienter, & miti corde: non reddeat ad archam
corbus vorax carniū, jam satis sit carnibora-
tionis, & comestionis, carniū laborum, san-
guinis, & sudoris Nostrorum, cum lacrimis, &
vultibus lividæ mortis Indorum: reparetur nun-*

seculum aureum Apostolorum, & præfidente ves-
tra prudentia, Ecclesiastica floreat, & resfo-
reat Disciplina: sufficit, ut Hispanis tot sæ-
cula, sint aurea, & argentea, & Indis ferrea,
& lapidea, & auferentibus Hispanis Divitias
de nostro solo, solum nos Indi tulimus lapidem
tunfisionis, & ferrum malleationis, ignem, &
caminum combustionis duro Hispanico jugo:
ponatur pax ad fines Ecclesiæ Americanæ to-
le oriente sanitatis, in pennis Apostolicis ves-
tris: Reprimatur avaritia ad Episcopales insulas
banhelantium, pœvertantur Cathedra, columbas ven-
dentium Numulariorum: dentur nobis sine mû-
neribus Pastores querentes, nos, & non Nostra,
pascentes nos Doctrina, non suos cognatos,
pecunia nostra, largientibus nobis fontes aque
salientis ad vitam æternam, non transferentes,
ad Hispaniam, & suos, thesauros suarum Eccle-
siarum gravissimo detrimento Gregis Xpi. Ta-
xetur, & coarctetur Potestas laicorum; in con-
ferendis Dignitatibus Ecclesiasticis, quia Va-
cationes jam sunt Mensa Numulariorum, qui
columbas, aut gratiam S. Spiritus vendentes,
& ementes, pervertunt statum Ecclesiasti-
cum, & mista sunt Divina cum humanis Ba-
bilo.

bilonica confusione. *Descendat à Cælo Roma-*
no, sicut pluvia in vellus, & sicut fillicidia filan-
ria super terram, scientia Dei, existens in Pec-
tore vestro Sacratissimo ad terram nostram,
que Repleta sit scientia Domini, sicut aqua Ma-
ris operientis, & ut vellus Gedeonis Rore Cœli
Madidus, manente terra, in ciccitate, figura-
tivè designavit fecunditatem Populi Israelitici
Priorè, & sterilitatem Populi Gentilis; area au-
tem, & terra Madens, cum vellere sicco Sig-
nificavit Conversionem Gentilitatis, derelicto
arido Populo Iudeo: jam Hispani usque mo-
do Madidi, & rore Cœli pleni, & Divites for-
tunatissimi facti sunt; terra autem nostra arida
sicca petrosa, sentibus prædita, deserta in via,
& inaquosa, cum infelici oribus, filijs suis Indis,
madidetur jam à scientia Dei; sit jam satis sicca
tatis, & sterilitatis in Gentilitate, ut dicatur
ab vno quoque nostrum ad sanctitatem ves-
tram, fac mecum signum in bonum, ut videant,
(Hispani) qui oderunt me, & confundantur quo-
nam tu Domine adjuvistime, & consolatus es
me Ps, 85: Revocentur leges tyrannicæ, liber-
tati xptianæ, & Ecclesiæ resistentes, earum que
loco justè sanctiones condantur, secum ferentes
spiritu.

Spiritum eius, qui dicit, *jugum meum suave est, & onus meum leve*: detur nobis Indis requies promissa, & inveniemus requiem animabus nostris.

117 *Verum tamen, utrum ista, quæ scripsimus Mando sperare sit licitum, bonæ spei nostræ clarum dabit indicium. Si Sanctitas vestra hilari vultu, constanti animo, corde volenti, Pietate, & fortitudine pleno suscipiat nos Pueros filios suos, ut Natos Ecclesiæ Dei: Recordatus Misericordie suæ: nisi enim prædicta in hoc supplici libello, lugubrique Planctu, auferantur, ab Adulteris, injustis, perjuris, injuriosis, atque Raptoribus, omnis Populorum Peruvij spes, quæ de reparatione Novi Orbis, ab Indis, in vestra, Pietate, & Potestate confisis concepta, & erecta erat, funditus enervatur: cuncti Indi ad hunc finem, solo desiderio, oculos tendunt erga vos Bme. Pater: omnes hac voce aures vestras ambiunt Romam versus, vultibus versis, & si ista, Damna, nobis facta tot criminibus ovoluta, ab Appca Sede non eradicanur totaliter, non est Indis Miseris languentibus ad quem ulterius clament, quia jam securis ad radicem arboris posita est. Math. 3. ab Hispanis enim*

enim securis Apollinæ, & Reversionis Indorum, ad Gentilitatem, posita, & disposita, & caufata est, non est qui salvet Populum istum, nisi solus Deus, & ejus in loco existens Deus Pharaonis, gladium S. Petri Portans: tamen ab sit, ut credatur obturare, aures suas, & oculos suę clementiæ claudere ille qui in summo vertice positus dicit: *venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: omnes sitientes venite ad aquas, haurietis aquas ex fontibus Salvatoris, gratis venandati estis, sine argento Redimemini.* Respicite in nos, & Misereamini nostri, quia vnici, & Pauperes nos facti sumus, *va nobis maledictis* in vniversa terra nostra, jam non nostra? *Va nobis!* ut quid nati sumus videre contritionem, & perditionem Populi Nostri: *va Nobis habitantibus, trans mare, vel funiculum Maris, Gens perditorum!* vinculo, & funiculo Maris detenta, & ligata, perpetuèque impedita, clamare, *va nobis!* super quos, post primum *va*, venit secundum *va*, & ecce *va*, tertium, & ad huc venient duo *va*, post hæc, & multiplicata sunt millia, millium *va, va, va.*

118 Tres ergo sunt Res quæ testimonium dabunt vestre Pietatis. Prima Derogatio legum ini-

iniquarum. Recte quidem omnium legum inanis est censura. si non Divina legis Imaginem gerat, & inutilis est constitutio Principis; si non Ecclesiastica disciplina sit conformis: ideo Deuteronomio scribitur; accipiat (Princeps) exemplar à Sacerdotibus Leviticæ, tribus: ait Ioan. Carnoten. Ep. apud Tritem, Secunda taxatio Patronatus, & libertas, immunitatis Ecclesiasticæ Tertia Declaratio Publica Notoriata, per diplomata, & Præcones, per univrsam Orbem terræ, & Dominationis Regis Catholici, iubens, definiens, & determinans, ex Cathedra Apostolica: Indos xptianos, Catholicos, Instructos, non habere, (quia Indi sunt) Irregularitatem, Canonicam, ad ordines Sacros suscipiendos, & ad Episcopatus electionem, & ad Religiones ingrediendum, & professionem illarum solemnem faciendam: Ideoque esse xptianos veteres, post Duo sæcula à xptianis Parentibus oriundos: debereque corripì à Sancto Tribunali Inquisitionis, delinquentes Indos, contra fidem (quæ immunitas ab Inquisitione dolose ab Hispanis fomentata est, ut provetur, Neophytismus, Indorum, & est adversativa multum cunctis Indis christianis, qui confisi,

fissi, hac immunitate, ut Rudes, & Idiotæ labuntur, in multis superstitionibus Hæreticis, (potius ignoranter, & malo exēplo Hispanorū) & cadunt in manus Correctorum, & Parochorum, & Episcoporum, qui cuncti sunt Inquisitores, Pesquisitores, & Pêrcussores, ac Persecutores illorum, peiori damno, & nulla Medella, ad sanitatem Indorum) *in his tribus patenter offendetur, quid spei Nobis Indis de Cætero relinquatur.*

Omnipotens Deus, Vos, ò SSime. Pater, ad conservandam suam Ecclesiam, & ad defensionem Pauperum suorum Indorum, & ad Incrementum suæ Catholicæ Ecclesiæ Custodiat, & Populum suum Indicum in America Peruntina exulem, & Captivum, sub tanto Pontifice gaudere in Christo de sua Redemptione permittat. Dat. & actuat, in Peruvia, in sua Captivitate, acunctis Indis, humillimè osculantibus, Santissimos Pedes vestros.

Ann. Planctus, & occisionis Indorum:

*Va, va, va Clamantium Misereere Nostri,
Misereere Nostri.*

D. S. & vbique G.

V. V. V. eo omnia.

The first part of the book
 is devoted to a general
 description of the
 country and its
 inhabitants. The
 author describes the
 various tribes and
 their customs and
 manners. He also
 mentions the
 different religions
 which are
 practiced in the
 country.

The second part of the
 book is devoted to a
 description of the
 different parts of the
 country. The author
 describes the
 various mountains,
 rivers, and lakes,
 and the different
 kinds of soil and
 vegetation. He also
 mentions the
 different kinds of
 animals and
 birds which are
 found in the
 country.

The third part of the
 book is devoted to a
 description of the
 different kinds of
 government which
 are practiced in the
 country. The author
 mentions the
 different kinds of
 monarchies, republics,
 and democracies,
 and the different
 kinds of laws and
 customs which are
 practiced in each
 of them.





BA 75-

P699i

